UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Collatio IX.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

quod auxilium ex eccleſiaſticis terminis inuenire? ſed omnibus modis iudicibus eos tradi, & pœnam ſuſtinere qua digni ſunt qui ſanctiſſima loca violare præſumunt. Quis enim [a] ibi delinquit, vbi ſalutem petat? Et generaliter diſponimus, vt ſi quis inuenerit ſuam vxorem aut filiam, aut neptem, aut ſponſam [b] in venerandis locis cum aliquo loquentem, & ſuſpicatus [c] fuerit turpis gratia cauſæ eos colloqui: tradat eos defenſori, aut alijs ſanctiſſimæ eius eccleſiæ clericis, vt ipſi ſuo periculo vtraſq; perſonas diuiſim tamdiu cuſtodiant, donec iudex eos accipiat, & ſecundum leges cauſas decernat.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem & in perpetuum valituram legem noſtra definiuit tranquillitas, in omnib. prædictis caſibus valere volumus: niſi tamen nondum [d] aut iudiciali decreto, aut amicabili conuentione deciſa ſunt: quę ſuum robur habere ſancimus.Glorioſa igitur & eminentiſſima auctoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propoſitis ad notitiam perducat vniuerſorum: in prouincijs autem per præcepta ad clariſſimos prouinciarum iudices deſtinata hæc omnibus facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitus ignoret quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum a nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt omnibus per propria præcepta pronuntiet: quatenus ſine quolibet iniuſto diſpendio noſtris collatoribus pręſentis legis fiat inſinuatio. Datum 15. Kalend. Ianuar. Domi. Iuſtin. PP. Auguſt. anno XV. [e] Baſilio V.C. Conſ.

[a] inuerſa videtur oratio, vt ſit ſenſus, Ne quis ibi ſalute ſperet vbi deliquit.

[b] quod de vxore dicitur interdum ad ſpōſam extēditur *Vt hic*.

[c] De ſola ſuſpicione poteſt quis adulterij cauſa præhendi.

[d] Leges non porriguntur ad caſus ſentētia aut trāſactione deciſos.

[e] i. anno 541.

# COLLATIO IX.

## DE HÆREDIBVS AB INTESTATO [f] venientibus [g], & de agnatorum [h] iure ſublato.

Tit. I.

*NOVELL. CONSTIT. CXVIII.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſſimo præfecto ſacrorum pętoriorum Orientis.

PRÆFATIO.

PLVRIMAS & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas non iuſtè differentia [i] ab inteſtato ſucceſſionis inter cognatos ex maſculis & fœminis introducta eſt, neceſſariū eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentem legem clara compendioſaque diuiſione diſponere: itaque prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus, de cætero ea ſola ſeruari, quæ nunc conſtituimus. Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus [k] cognoſcitur gradibus, hoc eſt, aſcendentium, & deſcendentium, & ex latere: (quæ in agnatos cognatoſque diuiditur) primam [l] eſſe diſponimus deſcendentium ſucceſſionem.

De deſcendentium [m] ſucceſſione.

Cap. I.

SI [n] quis igitur deſcendentium fuerit ei qui inteſtatus moritur, cuiuſlibet naturæ [o] aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum [p] deſcendens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit: omnibus aſcendentibus & ex latere cognatis pręponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit: tamen eius filij, cuiuſlibet ſexus ſint aut gradus, etiam ipſis [q] parentibus præponi præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quæ ſecundum noſtras alias leges patribus non acquiruntur. nam in vſu harum

[f] *Vlpian.* 26. *Paul.* 4. *ſent.* 8.3. *Inſti.* 1. *ad fin.* 13. 38. *ff.* 6. 7.8.9.11.12.16. 17. *&* 6. *C.* 54. 55. 56. 57. *ad* 61:45. *Eclog.* 1. *et* 4. *Harmen.* 7. Porrò hæc conſtitutio definit τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις *Scrimg.*

[g] *Iulian. conſtit.* 109.

h διάταξις ἀναιροῦσα τὰ adgnatica δίκαια *Scrimg.* De ęqualitate agnatici & cognatici iuris, *Index Reginæ apud Cuiacium.* Ius agnatitium dicitur in lege vltima *Cod. de legitim. hæredib.*

[i] olim differentia fuit, quoad ius ſuccedendi, inter cognatos & agnatos, §.3. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* l.4. §.2. *ff. de gradib.* [k] Tres gradus ſuccedentium ab inteſtato, Aſcendentium, deſcendentium, cognatorum ex latere. [l] *Iulian. d. loco conſtit.* 109. [m] hinc ſumpta eſt authentica, *In ſucceſſione. Cod. de ſuis.* [n] *l.1. ff. Vnde liberi.* [o] φύσεως, id eſt, ſexus. [p] *l.3. Cod. Vnde legitimi. lege* 4. *Codice de legitim. hæredib.* [q] Liberi, patri (etiam poſito in poteſtate) ſuccedunt, & auum excludunt, quod ad proprietatem bonorum defuncti, ſaluo iure vſusfructus aſcendentibus defuncti, ſi quod eis lege competit.

rerum qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus: ſic tamen, vt ſi quem horum deſcendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcendentes, in [a] proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quanticumque ſint, quantam [b] eorum parens ſi viueret, habuiſſet: quam ſucceſſionē in [c] ſtirpes vocauit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cum filijs & filiab. ex pręmortuo filio aut filia, nepotes vocari ſancimus: nulla introducenda differentia ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum ſeu fœminarum prole deſcendant, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidem de ſucceſſionibus deſcendentium diſpoſuimus. Conſequens [d] autem eſſe perſpeximus & de aſcendentibus conſtituere quomodo ad deſcendentium ſucceſſionem vocentur.

De aſcendentium [e] ſucceſſione.

Cap. II.

SI igitur defunctus deſcendētes quidem non relinquat hæredes, pater [f] autem, aut mater, aut alij parentes ei ſuperſint, omnib. ex latere cognatis hos præponi ſancimus: exceptis ſolis fratribus ex vtroque parente coniunctis defuncto, ſicut per ſubſequentia declarabitur. Si autem plurimi aſcendentium [g] viuunt, hos præponi iubemus qui [h] proximi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem eundem [i] habent gradum, ex [k] æquo [l] inter eos hæreditas diuidatur: vt medietatem [m] quidem accipiant omnes à patre aſcendentes, quanticunq; fuerint: medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunque eos inueniri contigerit. Si [n] verò cum aſcendentibus inueniātur fratres aut ſorores ex vtriſq; [o] parentibus coniuncti defuncto: cum proximis gradu aſcendētibus vocabuntur: ſi & pater aut mater fuerint, diuidenda inter eos quippe hæreditate ſecundum [p] perſonarum numerum, vti & aſcendentium & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem: nullum † vſum ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valente patre ſibi penitus vindicare: quoniam pro hac vſus portione, hæreditatis ius & ſecundum proprietatem per pręſentem dedimus legem: differentia nulla ſeruanda inter perſonas iſtas, ſiue fœminæ ſiue maſculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam copulātur: & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate fuerit is cui ſuccedunt. Reliquum eſt vt tertiū [q] ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos diuiditur: vt etiam hac parte diſpoſita, vndique perfecta lex inueniatur.

De ſucceſſione ex latere [r] venientium.

Cap. III.

SI igitur defunctus neq; deſcendētes neq; aſcendentes reliquerit, primos ad hæreditatem vocamus [s] fratres & ſorores ex eodem patre [t] & ex eadem matre natos: quos etiam cum patribus ad hæreditatem vocauimus. His [u] autem non exiſtentibus, in ſecundo ordine illos fra-

[a] Nepos patrem repræſentat.

[b] .i. in ſtirpes cōcurrunt cū ſuis patruis aut amitis, nō in capita.

[c] Succeſſio in ſtirpes.

[d] hinc ſūpta eſt authentica, *Defuncto. Cod. ad Tertull.*

[e] *Iulia. d. loco num.* 395.

[f] Liberis defuncto nō extantibus, parentes defuncti ſuccedūt.

[g] poteſt enim eſſe pater, auus, proau9, abauus, &c. paternus vel maternus.

[h] Aſcendentes proximiores excludunt vlteriores.

[i] poteſt enim eſſe defuncto pater, auus, &c. cum paternus tum maternus.

[k] Aſcendentes æquo gradu æqualiter ſuccedunt.

[l] Æquali gradu poſiti æqualiter ſuccedunt. facit *l.8. ff. de legit. tutorib.*

[m] Cur non ait, paterna paternis, materna maternis aſcendentibus deferri. vt in lege 13. *C. de legit. hæred.*

[n] hinc ſumpta eſt authētica, *Hæreditas. Cod. de bon. quæ liber.* [o] Fratres conſanguinei defuncti, concurrunt in eius ſucceſſionem cum defuncti parentibus propinquioribus. [p] Inter aſcendentes proximos & fratres defuncti, diuiditur hæreditas in capita. † Olim parentes defuncti ſolidum vſumfructum bonorum conſequebantur: fratres defuncti proprietate. hodie parentes & fratres defuncti viriliter ſuccedunt: & ita abrogatur lex 13. *Cod. de legitim. hæred.* lex vltima in f. *Cod. comm. de ſucceſſionib.* [q] hinc ſumpta eſt authentica, *Ceſſante. Cod. de legitim. hæredi.* [r] *V. Iul. conſtit.* 396. huc refer titulos *ff. Vnde legitim. Vnde agnati.* [s] æqualiter ſc. [t] Fratres & ſorores æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem fratris vel ſororis præmortuæ ſine liberis, *V. Rolandum à Valle* 1. *conſi.* 25. *numero* 1. [u] Fratres conſanguinei ſuccedunt defuncto ſine liberis mortuo. Vtque illi concurrunt parentibus defuncti, ita excludunt eius fratres vterinos *Nouell.* 84. *cap.* 1. §. 1. vel eiuſdem patris tantùm. Quod vt melius intelligamus, rem ita eſſe fingamus, Ex Titio & Caia naſcitur Sempronius & Mœuius: mortuo Titio, Caia nubit Aurelio, ex eo Paulum ſuſcipit, poſtmodum nubit Proculo, exq; eo ſuſcepit Plautium. mortuo Sempronio ſuccedet Mœuius, excluſis Paulo & Plautio, quia conſanguineus frater excludit fratres non conſanguineos. Quid ſi Mœuius moriatur? Cum Plautio concurret Paulus: ſunt enim illi duo vterini. Dicamus ita, Titio ex Caia naſcitur Sempronius & Mœuius: eidem Titio ex alia vxore naſcitur

tres ad

tres ad hæreditatem vocamus, qui ex vno parente coniuncti ſunt defuncto, ſiue per [a] patrem ſolum, ſiue per [b] matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, & alterius [c] fratris aut ſororis [d] præmortuorum filij, vocabuntur ad hæreditatem iſti cum de patre & matre thijs maſculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate præcipient portionem, quantam [e] eorum parens futurus eſſet accipere ſi ſuperſtes eſſet. Vnde conſequens eſt, vt ſi forte præmortuus frater cuius filij viuunt, per vtranque partem nunc defunctæ perſonæ iungebatur, ſuperſtites autem fratres per patrem ſolum forſan, aut matrem ei iungebantur: præponantur [f] iſtius filij proprijs thijs, licet in tertio ſint gradu, (ſiue à patre ſiue a matre ſint thij, & ſiue maſculi ſiue fœminæ) ſicut eorum parens præponeretur ſi viueret. Et ex diuerſo [g] ſiquidem ſuperſtes frater, ex vtroque parente coniungitur defuncto, præmortuus autem per vnum parentum iungebatur: huius filios ab hæreditate excludimus: ſicut ipſe ſi viueret, ab hæreditate excludebatur. Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis [h] præbemus fratrum maſculorum & fœminarum filijs aut filiabus, vt in ſuorum parentum iura ſuccedant. Nulli enim alij omnino perſonæ [i] ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Sed & ipſis fratrum filijs tunc † hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs [k] iudicantur thijs maſculis & fœminis, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem cum fratribus defuncti etiam aſcendentes (ſicut iam diximus) ad hæreditatem vocantur: nullo † modo ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris aut ſororis filios vocari permittimus, neque ſi ex vtroque parente eorum pater aut mater defuncto iungebatur. Quandoquidem igitur fratris & ſororis filijs tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum ſuccedentes locum, ſoli in tertio conſtituti gradu, cum ijs qui

Paulus: ex tertia Plautius. Mortuo Sempronio Mæuius ſolus ſuccedet: quia frater cōſanguineus excludit nō cōſanguineos fratres. quod intellige, qđ ad bona paterna. Solent enim bona paterna, paternis deferri: vt materna maternis, *Nouel.* 84. *c.* 1. §. 1. *l.* 13. *in fin. Codice de legitim. liber.* Mæuio mortuo Paulus & Plautius concurrent. fingamus fratris filiũ mortui, quis ei ſuccedet? An qui patri defuncti ſunt ex vtroque parente coniuncti? an & qui ex patre tantum ſunt? vterque auunculus admittetur, & diuidetur inter eos hæreditas in capita non in ſtirpes. *Bartolus lege* 2. §. *legitima* 4. *ff. de ſuis. qua de re Vide Cuiacium* 4. An id iuris ſit, quæri poteſt. ſi quidem, nepos ex conſanguineo fratre mihi ſuccedit excluſis fratribus meis vterinis aut paternis, *Verſic. Vnde conſanguineus.* j̃. *eodem.* Ergo a contrario frater conſanguineus mei patris, mihi ſuccedet excluſo fratre patris mei aut matris meæ tantum. Reſponſio eſt facilis, nempe prærogatiuam cōſanguineorum certis tantum perſonis admiſſam eſſe. & ita ſtrictè accipiendam, *Verſic. huiuſmodi Vero priuilegium.* j̃. ideoque, auunculum cum patruo conſanguineo defunctæ concurrere, ex quo patruus conſanguineus hac conſtitutione præciſè non anteponitur. Vult enim Iuſtinianus hac Nouella priuilegia ſtrictè intelligi, *d. Verſ. huiuſmodi priuilegium.* j̃. *& Verſ. nulli enim perſonæ.* j̃. *eod.* [a] hinc ſumpta eſt authentica, *Poſt fratres. Cod. de legitimis hæredib.* [b] Ponamus rem ita eſſe, Titio ex Caia naſci Sempronium: ex Iulia Paulum: ex Mæuia Plautium. Hi ſunt inter ſe per patrem tantum coniuncti. [c] Titio ex Caia naſcitur Sempronius: ex eadem Caia & Iulio naſcitur Paulus: Poſt ex eadem & Mæuio naſcitur Plautius. Illi omnes inter ſe ſunt vterini. [d] Fratrum filij ſuccedunt cum ſuis patruis in ſtirpes nō in capita. Sorores defuncti excludunt defuncti patruos. Multo igitur magis filiæ defuncti excludunt defuncti fratres. Vnde colligunt, Filiabus ſtatuto excluſis ab hæreditate patris, ſtantib. fratribus, eo caſu filias defuncti præferri fratrib. defuncti. Nam ſtatutũ excludēs fœminas, extante fratre, debet intelligi de fratre primi gradus, nō aũt ſecundi, *V. Rolan. à Vall.* 1. *conſ.* 55. *nu.* 18. [e] .i. in ſtirpes ſuccedũt nō in capita. [f] eſto hęc hypotheſis. Titio Caius frater eſto vterinus: eidem Titio Sempronius eſto cōſanguineus: eidē Sempronio naſcatur Plautius. Demus Sempronium mori, & paulò poſt Titium ſine liberis, ecquis ſuccedet Titio? num Caius defuncti frater vterinus, An verò Plautius nepos ex fratre defuncti conſanguineo? Plautius præferetur. & ita conſanguineorum liberi, parentes ita repræſentant, vt præferantur vterinis fratribus eius de cuius ſucceſſione agitur, quantũuis vterini ſint ſecundo gradu ſeu proximiores: nepotes ex fratre, tertio, *Verſi. quandoquidem. in fine.* j̃. *eodem. ibi, illud palam eſt. Vide Graſſum libro ſentent.* §. *Succeßio ab inteſtato quæſtio.* 31. vt eo caſu, Cuius parens vterinos vel patruos tantùm excludit, eius filius eoſdem vterinos vel patruos excludat. Hinc cōſtat, fratris conſanguinei filios cum fratribus conſanguineis defuncti concurrere *Nouella centeſima Vigeſimaſeptima, cap.* 1. [g] conſanguinei fratres mihi ſuccedunt, & præferuntur fratribus meis paternis tantùm vel vterinis, & per cōſequens paternorum vel vterinorum fratrum filijs. Nam qui patrem excludit, & eius liberis anteponitur. [h] Priuilegia conſanguineis data certis duntaxat caſibus & perſonis proſunt, *Verſic. nulli. infr. eodem.* Hoc paucis notandum eſt de repræſentatione, Eam locum habere ſemper ac in infinitum in deſcendentibus: in aſcendentibus, nunquam: In collateralibus vltra fratris filios non extendi. *Vide Schnideuuin. ad titul. Inſtitut. de hæreditatibus ab inteſtato, ibi, de tertio ordine ſuccedendi, numero duodecimo.* [i] Perſonalia priuilegia non egrediuntur perſonas priuilegio honoratas. † hoc abrogatur per Nouellam 127. *capite primo.* [k] & ſolis. † hoc abrogatur per Nouellam 127. *capite primo.*

in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur, illud palam [a] eſt, quia thijs defuncti maſculis & fœminis, ſiue à patre, ſiue a matre, præponuntur, ſi etiam illi tertium cognationis ſimiliter obtineant gradum.

1 ¶ Si [b] verò neque fratres, neque filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit: omnes [c] deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus, ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuã: vt viciniores [d] gradu, ipſi reliquis præponantur. ſi autem plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecũdum [e] perſonarum numerum inter eos hæreditas diuidatur: quod in [f] capita noſtræ leges appellant.

## De agnatorum iure in hæreditate ſublato.

## Cap. IIII.

NVllam verò volumus eſſe differentiam in quacumque ſucceſſione aut hæreditate inter eos qui ad hæreditatem vocantur, maſculos ac fœminas, quos ad hæreditatem cōmuniter definiuimus vocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defuncto iungebantur: ſed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare † præcipimus, ſiue per fœmineam perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, & omnes ſine qualibet huiuſmodi differentia ſecundum proprium cognationis gradum ad cognatorum ſucceſſionem ab inteſtato venire præcipimus.

## De legitima tutela liberorum, & de matre & auia [g].

## Cap. V.

EX [h] his autem quæ de hæreditate diximus & diſpoſuimus: & quæ de tutela ſunt, manifeſta conſiſtunt. Sancimus enim vnumquenque ſecundum [i] gradum & ordinem quo ad hæreditatem vocatur, aut ſolum, aut cum alijs, etiam functionem tutelæ ſuſcipere: nulla † neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum ſeu cognatorum iure: ſed omnibus ſimiliter ad tutelam vocandis, quique ex maſculorum, quique ex fœminarum prole deſcendunt minori coniuncti. Hoc autem dicimus ſi [k] maſculi & perfectæ [l] ætatis ſint, & nulla lege prohibeantur tutelam ſuſcipere, neque excuſatione competente ſibimet vtantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ ſubire officium, niſi [m] mater aut auia fuerit. His enim ſolis ſecundum hæreditatis ordinem & tutelam ſubire permittimus, ſi [n] inter geſta & nuptijs alijs & auxilio Velleiani ſenatuſconſulti renuntiant. Hæc enim ſeruantes, omnibus à latere cognatis quo ad tutelam præponuntur, teſtamentarijs [o] ſolis tutoribus præcedentibus eas. defuncti namque voluntatem & electionem præponi [p] volumus. Si autem plurimi eundem cognationis gradum habentes ad tutelam

[a] de eo dixi ad verſic. *Vnde cōſequens:* j̃. *eod.* [b] hinc ſũpta eſt authentica, *Poſt fratres. Cod. de legitim. hæredib.* [c] Liberis, fratribus, aut aſcendentib9 defuncto nō extantibus, defuncto ſuccedũt cognati proximiores. [d] Vicinior gradu vlteriorem excludit. [e] id eſt, in capita j̃. *eodem. l.* 11. *Cod. familiæ.* [f] Patruo mihi (liberis, parentibus, fratribus, aut ſororibus deſtituto) ſuccedũt fratrum ac ſororum liberi in capita ex lege 1. *in fine. ff. ſi pars hæred. l.* 2. §. 2. *ff. de ſuis & legitim. Vlpian. titu.* 26. §. 3. *Caij Inſti.* 2. *tit.* 8. §. 6. & Azonis ſententia, & Accurſij, *in lege* 14. *Codice de legitim. hæredibus.* probata à Zaſio 1. *Reſponſ.* 7. & à Carolo Quinto in Comitijs Spirenſibus anno 1529. *teſte Mynſingero* 3. *obſeruat.* 94. & Areſtis Curiæ Pariſienſis. *Vide Papon.* 21. *Areſt.* 1. *numero Vndecimo,* 12. 13. *Imbertum in Enchiridio in Verbo les nepueus. Hotoman.* 14. *Illuſtr.* exploſa Bartoli opinione *ad legem ſecundam,* §. *primo, ff. de ſuis.* Quid ſi cum nepotibus meis ex fratre vel ſorore concurrant patrui, vel auunculi mei? Hi omnes æqualiter à me diſtant, tertio ſcilicet gradu. Ideoque ſecundum numerum perſonarum hæreditas mea inter eos diuidetur, *Vt hic:* quibuſdam tamen locis *l'oncle exclut le nepueu,* id eſt, meus patruus mihi potius ſuccedit, quàm nepos meus ex fratre. † Adgnati non ſunt potiores (quod ad ius ſucceſſionis attinet) cognatis. & ita abrogatur lex 5. *Codice de legitimis hæredibus.* [g] *Vide Iulianum hic numero trecenteſimo nonageſimoſeptimo.* [h] hinc ſumpta eſt authentica, *Sicut hæreditas. Codice de legitimis tutoribus.* & authentica, *Matri. Codice quando mulier tutelæ officio.* [i] Nota argumentum ab ordine ſuccedendi, ad ordinem ſuſcipiendæ tutelæ. *huc facit lex* 73. *ff de regul. iuris.* † olim adgnati præferebantur. *Inſtit. de legitim. agnat. tut. lege* 1. *Codice de legit. tutela.* [k] Nam tutela non defertur fœminæ, quantumuis proximæ, etiam ſi ad eam deferatur hæreditas, *Inſtit. de legitim. patron. in fin. lege Vltima. ff. de tut. lege* 3. §. 4. *ff. de legit.* [l] eſt enim abſurdum vt is alterius tutelam gerat, qui ipſe tutore indiget, *lege Vltima in fine. Codice de legitimis hæredibus.* §. *decimotertio, in fine. Inſtit. de excuſat. Inſtit. de fideicommiſſ. tutela in fine.* [m] Mulieres (excepta matre aut auia) remouentur a tutela alicuius adminiſtranda. [n] Nota conditiones quibus defertur matri & auiæ tutela filiorum, aut nepotum, *Nouella Vigeſimaſecunda capite* 40. *Nouell. nonageſimaquarta capite primo, lege ſecunda, lege tertia, Codice quando mulier tutelæ.* [o] Legitimo tutori non eſt locus, exiſtente teſtamentario. [p] Cauſa teſtati, quàm inteſtati potior.

vocantur: iubemus communiter[a] conuenientibus apud iudicem, cui[b] huius partis ſolicitudo eſt, vnum[c] aut plures, quanti ad gubernationem ſubſtantiæ ſufficiant, ex ipſis eligi, & denuntiari, & eum vel eos minoris res gubernare: tutelæ periculo[d] omnibus imminente qui ad tutelam vocantur, & ſubſtantijs eorum minori ætate tacitè[e] ſubiacentibus pro huiuſmodi gubernatione.

De vi & poteſtate huius conſtitutionis in perſonis & in rebus.

Cap. V I.

HÆc autem omnia quæ de ſucceſſionibus generis ſanciuimus, obtinere in illis volumus qui catholicæ fidei ſunt: in hæreticis[f] autem iam à nobis poſitas leges firmas eſſe præcipimus, nullam nouitatem aut immutationem ex præſenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc conſtitutionem in perpetuum obſeruādam ſanciuit noſtra trāquillitas, in illis volumus obtinere caſibus, qui à principijs Iulij menſis præſentis ſextæ indictionis ſeu euenerunt, ſeu poſthac emerſerint. Præcedentes namq; caſus qui vſq; ad memoratum tempus pertrāſierunt, ſecundum veteres leges decidi præcipimus.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria, per præſentem legem à nobis diſpoſita, ad omnium cognitionem venire procuret: in hac enim regia ciuitate edictis cōſuetè propoſitis: in prouincijs autem præceptis dirigendis ad clariſſimos præſides earum: vt nulli noſtri imperij ſubiectorum ſit ignota noſtræ circa eos manſuetudinis prouidentia: ita tamen, vt ſine omni diſpēdio ciuium, aut prouincialium, in omni loco præſentis legis fiat inſinuatio. Datum 7. Kal. Auguſt. Septimiliario[g] in nouo palatio Domi. Iuſtin. PP. Auguſt. Imperij eius anno XVIII.[h] poſt conſulatum Baſilij V. C. anno tertio[i].

a id eſt, proximi, Pupillis proximus petere tutorē à iudice tenetur, *vide ff. et Cod. qui petant tut.*

b id eſt, apud iudicem domicilij pupilli, *l.1. in fin. ff. de tutorib. datis.* quid ſi pupillus in vrbe & prouincia facultates habeat? vrbanus prætor, vrbicis: prouincialibus, præſes tutorē dabit, *l.27. ff. de tutoribus datis.* & ita, habenti tutorem tutor datur, nō earundem, ſed aliarum rerū ratione, *l.21. in fin. ff. de excuſationibus.*

c *adde leg.3. §.8. ff. de adminiſt. tut.*

d *vide Cod. de periculo tut.*

e Pupillus in bonis tutoris tacitā habet hypothecam *vt hic. & l.20. C. de adminiſt. tut.*

f *vide Nouel. 115. cap.3.*

g De ſeptimiliario, ac ſeptimo miliario dixi *ad l.22. in fin. Cod. de ſacr. eccleſ.*

h id eſt, anno 544.

i aut legendum eſt anno VII. aut ſ. legendum eſt XIIII. non XVIII. id eſt, anno 540. error naſci potuit ex affinitate duorum illorum numerorum xiiij. & xviij.

## VT SPONSALITIA[k] LARGITAS, ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis.

Tit. II.

*NOVELLA CONSTIT. CIX.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto.

*Donatio propter nuptias inſinuanda non eſt.*

Cap. I.

SPONSALITIAM[l] largitatem contractum ſpecialem[m] eſſe, & iudicari, & nō alijs donationibus eam cōnumerari[n], per præſentem ſancimus legem: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat ſub geſtis monumētorum eius inſinuatio, ſiue etiam non: iubemus eam per omnia ſuum robur habere tam apud mulierem, quàm † apud virum, ſiue ab ipſo viro, ſiue ab altero aliquo mulieri detur ſeu conſcribatur, vel in viri perſonam donatio fiat, quatenus ipſas res in nuptialem donationem conſcribat. & hoc valere præcipimus cuiuſcunque ſit donatio quantitatis, vel ſi non (ſicuti dictum eſt) inſinuetur.

Minor in teſtamento ſeruos manumittere poteſt[o].

Cap. II.

ET[a] hoc quoque præſenti conſtitutione ſancimus, vt licentia ſit minoribus in ipſo tempore in quo[b] licet eis teſtari de alia ſubſtantia, etiam[c] ſuos ſeruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis[d] faciendo: ſed vacante lege quæ hoc primitus prohibebat.

Vt non aliter credatur inſtrumento de altero inſtrumento facienti mentionem, quàm ſi idipſum probetur[e].

Cap. III.

ET[f] hoc inſuper iubemus, vt ſi quis in aliquo documento alterius faciat[g] mentionem documenti: nullam[h] ex hac memoria fieri exactionem: niſi[i] aliud documentum cuius memoria in ſecundo facta eſt, proferatur: aut alia ſecundum leges probatio exhibeatur, quia & quantitas cuius memoria facta eſt, pro veritate debetur, hoc enim etiam in veteribus legibus inuenitur.

De appellationibus[k].

Cap. IIII.

HOc[l] quoque ſancimus, vt ſi quando appellatione ſequuta, in nouiſſima[m] induciarum die, aut pars vtraque, aut ſolus qui appellatione vſus eſt, occurrerit, & ſuam præſentiā manifeſtauerit iudici futuro appellationis examinare iudicium, aut conſiliarijs eius, aut qui lites intromittunt, & iudex eum in definitis diebus ſuſcipere differat: nullum præiudicium partibus aut vni earum ex hoc penitus fieri, ſed & poſt hoc examinari appellationes huiuſmodi, & ſententia legitima terminari.

De retractationibus ſententiarum P. Prætorio[n].

Cap. V.

ALiud[o] ad hoc capitulum noſtra indigens prouidentia proſpeximus emendare. quia enim noſtræ leges decernunt, ſi quando glorioſiſſimi præfecti ſacrorum prætoriorum ſententiam protulerint, nullam[p] appellationem aduerſus eam offerri: ſancimus, quoties ſententia glorioſiſſimorum præfectorum cuiuſcunq; regionis proferatur, & vnus forſan litigantiū putauerit ſe grauari, habere eum licentiam petitionem[q] offerre glorioſiſſimis præfectis qui ſententiam protulerunt, aut eorum conſiliarijs, aut cauſas introducentibus, intra decem dierum inducias poſt prolatam ſententiam: vt hoc ſubſecuto, non aliter executioni ſententia contradatur, niſi prius fideiuſſiones dignas præbuerit victrix pars, tātæ quantitatis, quantę fuit condemnatio: vt ſi poſt hanc retractationem modo legitimo procedente ſentētia reſoluatur[r], res ei cum augmentis legitimis reſtituatur. Si verò intra memoratas decem dierum inducias poſt prolatam ſententiam non obtulerit libellum is qui putat ſe læſum: iubemus cauſæ executionem ſine fideiuſſore procedere, retractationis iure ſeruando illi qui ſe grauatum putauerit.

Si minor vigintiquinque annis reſtitutionem aduerſus aditionem hæreditatis petere voluerit[ſ].

Cap. VI.

AD[t] hæc quoque ſancimus, vt ſi contigerit minores velle ſe abſtinere[u] ab hæreditate in ſe deuoluta, & à ſe ſuſcepta: ſi quidem omnes creditores præſentes fuerint in illis locis in quibus in integrū reſtitutio poſtu-

a hinc ſumpta eſt authē tica. *Sed hodie. C. qui manumitt.*

b Quo tēpore quis teſtari poteſt, eo poteſt & manumittere. & ita abrogatur §.7. *verſic. ſed quū libertas Inſtit. quibus cauſis manumitt.* quo permittebatur manumiſſio, anno 18. incipiente. Lex etiā Ælia Sentia vetuerat quemquā poſſe manumittere ante vigeſimū annū *d. ver.* Hodie XIIII. anno ætatis impleto maſculus teſtari poteſt: fœmina XII. ergo & eodē tempore manumittere.

c Nota argumentum, ab vltima voluntate ad actū inter viuos: ſeu à manumiſſione teſtamentaria, ad eam quæ fit inter viuos.

d *adde l.102. ff. de legatis* 1. *l.4. Cod. qui manumitt.*

e *Iulian. hic num.* 401.

f hinc ſumpta eſt authē tica, *Si quis in aliquo. C. de edendo.*

g id accidere poteſt ſæpius, *vt l.5. ff. familiæ. l.2. Cod. de fide inſtrum. l.7. Cod. de edendo.*

h Imo aliud eſt, *l.37. §.5. ff. de legat.*3.

i *l. vltim. ff. de probationib.*

k donatio propter nuptias, *Iulian. conſtit. centeſima decima. & Index Reginæ* quam Græci, διὰ τοὺς γάμους δωρεὰν, appellant *hic.* l hinc ſumpta eſt authentica, *Eò decurſum. Codice de donationibus ante nupt.* m *adde Nouellam ſexageſimamprimam, cap.1. lege vigeſima, Codice de donationib. ante nupt. §. tertio, verſic. ſed nos. Inſtit. de donationibus.* n & ita non indiget inſinuatione, vtcunq; excedat ſummam quingentorum aureorum, quod in alijs donationibus non eſt. hoc vt ſit verum, dicam *ad Nouellam centeſimam vigeſimamſeptimam, cap.1.* † hoc immutatur *dicto cap. primo.* o *Iulianus numero* 400.

h *v. Iul. num.* 402. l hinc ſumpta eſt authentica, *Si appellatione. Cod. de temporib. & reparationib.* m ἐμ προθεσμίῳ ἡμέρᾳ. vltimo fatali die, *Iulia. hic.* n *Iulian. hic num.* 403. o hinc ſumpta eſt authentica, *Quæ ſupplicatio. Cod. de precibus imperatori off.* p *l. vnic. ff. de off. præfecti prætorio. l.17.18. ff. de minorib. l. vn. C. de ſenten. præf. præt. l.16. C. Theodoſ. de appellat.* q διδασκαλικὸν *Scrimg. hic. Nou.22.* διδασκαλία. *Requeſte ciuile & propoſition d'erreur, vide Cuiacium cap.7. de præſcriptionibus. adde l.5. Cod. de precibus imperat.* r *l.1. ff. de appellationibus.* ſ *Iulian. numero* 404. t hinc ſumpta eſt authentica, *Si omnes. Codice ſi minor ab hæreditat.* u *lege ſeptima, §. quinto, lege 29. §. ſecundo. ff. de minoribus. leg.57. ff. de adquirenda hæreditate.*

latur,

latur, vocentur[a] à iudice creditores: & pręſentibus omnibus, ab huiuſmodi hæreditate ſe minores abſtineāt. Si verò omnes aut aliqui creditorum abſentes fuerint: iubemus minores volentes hoc agere, locorum iudicem, in quibus ipſi degunt, adire: illum verò per conſuetas citationes vocare creditores: & ſi intra ſpatium trium menſium nuſquam appareant creditores, licere minoribus ſine periculo ab huiuſmodi hæreditate abſcedere: iudice prouidente, apud quem agitur in integrum reſtitutio, vbi debeant hæreditariæ res mobiles & immobiles cuſtodiri: quantitate quippe harum, publica deſcriptione ſub geſtis monumentorum manifeſtanda.

De præſcriptionibus. aliàs, De mala[b] fide poſſeſſoris res alienantis.

Cap. VII.

RVrſus[c] ſancimus, vt ſi quis mala[d] fide rem poſſidēs, aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hāc rem alienet: qui verò putat eaſdem res competere ſibi, hoc agnoſcens, intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, non conteſtatus fuerit ſecundum leges emptorem, aut donationem accipientem, aut illum ad quem res alio quolibet modo trāſlatæ ſunt! eum qui tales res habet, firmè eas habere, poſt decennij videlicet inter pręſentes, & vicennij inter abſentes diſcurſum. Si autem ignorat verus alienatarum rerum dominus & quia res ei competunt, & quia alienatio facta eſt: nō aliter hunc excludi, niſi per tricennalem præſcriptionem: non valente dicere eo qui res hoc modo poſſidet, quia ipſe bona fide poſſidet, quando ipſe à[e] mala fide poſſidente hoc accepit.

De abſentibus & præſentibus in decennij præſcriptione[f].

Cap. VIII.

DE[g] præſcriptione verò decennij hoc ordinare proſpeximus, vt ſi quando quiſpiam in prædicta decennij temporali præſcriptione in quibuſdam quidem annis præſens ſit, in quibuſdam verò abſens: alios tantos ei annos ſuper decennium adijci, quantos ex ipſo decennio abſens fuit. Hæc autem omnia quę de temporali pręſcriptione decreuimus, non in præteritis, ſed in futuris & tantùm poſt præſentem legem negotijs atque cauſis valere præcipimus.

De teſtatore non cogendo propria manu nomina hæredum ſcribere.[h]

Cap. IX.

QVia[i] verò ante[k] hanc legem protulimus, vt teſtator aut manu[l] propria, aut per teſtes nomina hęredum ſcribat in teſtamento: agnouimus autem ex huiuſmodi ſubtilitate plurima teſtamenta deſtructa teſtatoribus non valentibus[m] huiuſmodi cuſtodire ſubtilitatem, aut forſan nolentibus[n] ſcire aliquos ſuam voluntatem: iubemus licētiam quidem eſſe volentibus hoc ſeruare in proprijs teſtamentis. ſi enim hoc non obſeruant, ſed ſecundum priſcam conſuetudinem teſtentur, etiam ſic firmum teſtamentum eſſe ſancimus: ſiue per ſe aliquis, ſiue per † alterius[o] perſonam nomen hæredis inſcripſerit: ſi omnino reliquam legitimam obſeruationem[p] in teſtamento teſtator obſeruauerit.

De rebus immobilibus quæ locis venerabilibus pertinent.[q]

Cap. X.

LEgem[r] verò per quam ſanximus non transferri ad alios res quæ ad noſtram domum ex venerabili eccleſia peruenerunt, vacare † ſancimus tam in ijs quæ iam ad noſtram domū legitimè peruenerunt, quàm quæ poſtea peruenire futura ſunt.

[l] Nemo cogitur in teſtamento propria manu, aut teſtis, nomina hæredum ſcribere *Iulian. conſtit.* 110. *nume.* 407. [m] quod cœcis accidit *Nouell. Leonis* 59. & ignaris ſcribendi. [n] tunc ſufficit ſcribi nomen hæredis, non nuncupari. † Nomen hæredis, vel per teſtatorem, vel per teſtes adhibitos teſtamento ſcribi olim erat neceſſe. hodie per qualemcumque perſonam nomen hæredis poteſt ſcribi. & ita abrogatur d. lex 29. d. lex 30. *Nouell. 66. cap.* 1. §. 4: §. 4. *Inſtit. de teſtamentis.* [o] quàm teſtatoris aut teſtium. [p] Teſtamentum non valet deſtitutum ſuis ſolemnibus. [q] *Iulianus hic numero* 408. [r] *Vide Nouellam* 55. *cap.* 1. † abrogatur *d. cap.* 1.

[a] edictis publicis ſc. [b] *Iulian. hic num.* 405. [c] hinc ſūpta eſt authentica, malę fidei *C. de præſcrip. long. temp.* [d] Quidā hinc colligunt, In materia vſurarum, locū non eſſe pręſcriptioni. qđ tamen negat Molinæus *q.* 17. *de Vſur. numero* 190. [e] Quādo mala fides eſt in authore, non procedit vſucapio in ſucceſſore, niſi dominus ſciuerit rem ſuā eſſe venditā, & multis annis tacuerit, niſi primus emptor rē alteri vendiderit, niſi res ſit pſcripta 40. annis, niſi hęres vitia defuncti purgauit, niſi defuncti fides fuerit nō omnino mala, niſi res mala fide cōparata ſit ab antiſtite. tūc. n. Zaſius negat malā fidem authori nocere ſequenti antiſtiti *V. Zaſ. ad l. Pomponius. §. cum quis. ff. de adq. poſſ.* [f] *Iulian. hic num.* 406. [g] hinc ſūpta eſt authent. Quod ſi qs. *C. de præſcrip. long. temp.* [h] *Iulian. hic num.* 407. [i] hinc ſumpta eſt authentica, Et nō obſeruato. *C. de teſtam.* [k] *l.* 29. *l.* 30. *C. de teſtam. adde Nouell.* 66. *c.* 1. §. 4. §. 4. *Inſtit. de teſtamentis.*

De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis ceſſante[a].

Cap. XI.

SI[b] quando autem aliquis teſtamentum faciat, & aliquam rem immobilem ſuæ familiæ aut alteri cuicunque perſonæ nomine legati reliquerit & ſpecialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari, ſed aut apud hęredes, aut apud ſucceſſores illius cui relicta eſt, permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non[c] habere: quoniam alienationē eius teſtator ipſe prohibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis caſibus qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conuentum, aut quolibet modo legitimo deciſi ſunt.

EPILOGVS.

¶ Eminentia igitur tua, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas: edictis quidem in hac regia ciuitate propoſitis, præceptis autem ad omnium prouinciarum iudices deſtinatis, ad omniū notitiam venire procuret. Dat. 13. Kal. Febr. CP. Dom. Iuſtin. PP. Aug. anno[d] Baſi. Conſ.

DE ALIENATIONE, ET EMPHYTEUſi, & locatione, & hypothecis, & alijs[e] diuerſis contractibus in vniuerſis locis rerum[f] ſacrarum.

Tit. III.

*NOVELL. CONST. CXX.*

Imper. Iuſtin. Aug. Petro glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

MVltis & diuerſis legibus ſuper alienationibus, & emphyteuſibus, & locationibus, & reliquis adminiſtrationib. eccleſiaſticarum rerum plantantibus[g] præuidimus omnes præſenti comprehendere lege.

De alienatione & emphyteuſi rerum eccleſiæ.

Cap. I.

SAncimus itaque nullam habere licentiam ordinatores rerum huius regiæ ciuitatis, ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, aut orphanotrophij, aut noſocomij, aut xenodochij, aut ptochotrophij, aut alterius venerabilis domus in hac regia ciuitate ſiue in eius finibus conſtitutæ, exceptis venerabilib. monaſterijs, aut vendere, aut donare, aut commutare, aut[h] ſubalterno dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilem, aut ciuilē[i] annonam, aut ruſticum[k] mancipium: niſi[l] ad imperialem domum commutatio ſola facta eſt. Sed neque [de[m] colonis iuſtè] dari quidem concedimus. Emphyteuſes verò à prædicta ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, & commemoratorum locorum fieri iubemus in perſonam eius qui accepit, & alijs duob. deinceps hęredibus, & non amplius de ſexta parte inſtantis canonis dimittimus ei qui emphyteuſis iure acceperit. De competentibus verò proaſtijs[n] ipſi ſanctiſſimę maiori eccleſię, & nominatis venerabilib. domibus in regia hac ciuitate, aut in eius regione[o] aut manſione conſtitutis: iubemus, ſi quidē hæc reditus habeant integro canone, ab ijs ordinatorib. qui

[c] *Iulia. conſtit.* 111. [f] puta immobilium, annonarum ciuilium, ruſticorum mancipiorum, *Iulia. ibid. adde l.* 14. *C. de ſacroſ. eccl.* [g] φοιτησάντων *Scrimg.* i. cùm nullæ leges promulgentur de rebus eccleſiaſticis. [h] ἢ ἐπὶ ἀντιδώρῳ διδόναι *Scrimg.* i. vel in pari donatione *Iulian. hic.* remunerandæ donationis gratia dare *Hal.* [i] πολιτικὴν σίτησιν *Scrimg.* [k] γεωργικὸν ἀνδράποδον *Scrimg.* [l] *Nouell.* 7. *c.* 2. [m] ἀλλ᾽ οὔτε παροικικῷ δικαίῳ δίδοσθαι *Scrimg.* ſed neq; paræcirco iure dare *Iulian.* & malè. lege parœcico. Ius παροικικὸν colonarium ſeu libellaria, de quo dixi ad *Nouell.* 7. *circa fin. princip.* & *l.* 24. §. 1. *C. de ſacroſ. eccleſ.* [n] ſuburbanis ædificijs. [o] Regio, manſio περιοικίς.

[a] Iulianus ita hoc caput cōtrahit *num.* 409. Si quis familię ſuę legauerit, vel alij perſonæ aut rei legatę alienationē prohibuerit. Huc referenda eſt etiā lex vltima *C. de alien. reb. non alienand.* [b] hinc ſūpta eſt authentica, Sed & in ea. *C. ad l. Falcid.* [c] Multis caſibus ceſſat Falcidia. nec. n. detrahitur ex re ea conditione legata, ne alienetur *Vt hic:* nō detrahitur ex legatis ad pias cauſas *Nou.* 131. *c.* 12. *V. Michael. Graſſū §. Falcid. q.* 3. *nu.* 5. quoties hæres ſolida legata qbuſdam ſoluit *d. Nou.* 1. *ca.* 3. Si inuentarium hæres non fecit *Nou.* 1. *c.* 2. §. 2. quoties teſtator expreſſim vetuit detrahi, *Nou.* 1. *c.* 2. *in fin.* Potéſtne etiā tacitè ꝓhiberi Falcidia Michael Graſſus *§. Falcidia. q.* 10. *nume.* 2. 3. 4. refert ex cōmuni opinione, poſſe. veluti ſi teſtator legatū ſolui vel præſtari iuſſerit integrū, ſine deminutione, vel ſi executores iuſſi fuerint diſtribuere vſque ad integrā ſolutionem legatorum. Idē fore, ſi pleno iure reſtitui iuſſerit, quamuis & hunc caſum ab omnibus non approbari ſcribat. alias, generaliter haberet locum lex 2. *C. ad l. Falc.* [d] id eſt, anno 541.

regunt ipſa venerabilia loca, in emphyteuſim ſecundum prædictum modum accipienti, & alijs duabus ſucceſſionibus dari, & nullã omninò releuationem, ſed augmentum fieri. Si verò nõ habeant ipſa proaſtia aliquos omninò reditus: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum in alia[a] quantitate hoc (ſicuti prædictum eſt) in emphyteuſim dare. 1 ¶ Si verò contigerit quamlibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam, aut in imperialẽ domum, aut in ſacrum noſtrum ærarium, aut in ciuitatem aliquam, aut in curiam, aut in aliquam venerabilem aliam domũ peruenire: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorum à quib. à principio emphyteuſis facta eſt, mox vt peruenerit in vnam prędictarum perſonarum ipſa emphyteuſis, manifeſtare ſuam voluntatem intra biennium[b]: & aut ab his derelinqui eãdem rẽ, ad quos peruenit, & annuam penſionem quæ pacto continetur, inferri, aut hoc recipere emphyteuſi ſoluta, eo ꝙ hoc ſibi prodeſſe exiſtimant. 2 ¶ Si[c] verò quædam ſunt loca aut ipſi ſanctiſſimæ eccleſiæ maiori, aut alicui venerabilium domorum competentia, in quibus antiquę habitationes depoſitæ ſunt, & ex quib.[d] nullus præbetur reditus: prædictæ verò venerabiles domus quibus competunt hæc loca, reædificare non poſſunt, licentiam damus ipſis ordinatoribus earum in emphyteuſes perpetuo iure tradere ipſa loca: ita tamen, vt emphyteuſis in tertia parte penſionum quæ ex habitationibus adhuc ſtantibus colligebantur, ex principijs temporis emphyteuſeos procedat: aut ſi emphyteuta maluerit, magis ſub iſto pacto accipiat loca, vt primitus ædificet, & ex adiectis illic per æſtimationem penſionibus medietatem partis dari venerabili domui à qua ipſa loca accepit: & hoc fieri concedimus. vtatur ergo huiuſmodi emphyteuta & illic inuenta de depoſitis habitationibus materia.

[a] ἐπὶ τινι ποσότητι. *Scrim.* de hac quantitate v. Nouellam 7.

[b] Nota ius ſingulare adtributum eccleſiæ: vt ſcil. poſt contractam emphyteuſim cum fiſco, vel imperatore, vel repub. vel Curia, vel cũ alio venerabili loco, pœnitere intra bienniũ poſſit. De biẽnio v. Cuiacium *c. 21. de præſcr.*

[c] hine sũpta eſt authent. Si quas. *C. de ſacr. eccleſ.*

[d] *Nou. 7. c. 3.*

Si quis vſus nomine rem eccleſiæ habere voluerit.

Cap. II.

SI[e] verò aliquis voluerit quamlibet rem immobilem nomine[f] vſus accipere à ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, aut vnius memoratarũ venerabilium domorum, non aliter hoc accipiat, niſi aliam rem mox dominij iure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum habeat res quæ ei datur: & non maioribus fiſci præſtationibus prægrauatam: vt poſt eius mortem, aut poſt tempus in quo datio vſus conuenit, non tranſcendentem videlicet accipientis vitam, vtraq; res integra & in dominium & in vſum in eandem venerabilem domum perueniat.

[e] hinc sũpta eſt authent. Hęc vſu. *C. de ſacr. eccleſ.*

[f] *Nou. 7. c. 4.*

Vt liceat vſque ad XXX. annos res eccleſiaſticas locare.

Cap. III.

LOcationes verò ab ipſis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoſcunque contrahentibus annos placuerit, non tranſcendentibus videlicet xxx.[g] annorum temporibus.

[g] Locationes rerũ maioris eccleſiæ Conſtantinopolitanę, nõ excedũt annos 30. licet priuatarum & publicarum fiãt in centenos, vt Hygenus ſcribit *lib. de limitib.* alias in plures annos *l. 24. inf. l. 32. l. 60. ff. locati.* plures, inquã, quam quinq;. Siculus Flaccus, Alij ꝑ ſingula luſtra locare ſoliti, alij in plures annos.

Vt liceat res eccleſiæ immobiles pignori obligare.

Cap. IIII.

SI verò contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorum nomine fiſcalium[h] tributorum, aut alterius cuiuſlibet ſuperuenientis neceſſitatis venerabili domui, pecunijs egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut ſupponere aut dare in ſpeciale pignus, & creditor poſſideat eandem rem, &[i] eius fructus colligat, & reputet ſibi tam in his creditis pecunijs, quàm in vſuris, non autem maioribus quàm quartam partem centeſimæ. Si verò perſoluerint debitum præpoſiti eiuſdem venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum ex qua data eſt.

[h] Maior eccleſia Conſtãtinopolitana hoc habet præcipuũ, ne poſſeſſionem inutilem & publicis oneribus prægrauatam aliena re poſſit.

[i] hęc pignorũ lex vocatur ἀντίχρησις.

De emphyteuſi & hypotheca rerum eccleſiæ.

Cap. V.

EMphyteuſeis verò & hypothecas, & vltra quinquennium volumus[k] fieri à ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, conſcientia & conſenſu beatiſſimi huius ciuitatis epiſcopi & patriarchæ: iurantibus præſentibus Deo amabilibus œconomis & chartularijs[a] eiuſdem ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, quòd non ad præſcriptionem iuris eius contractus efficiatur. In alijs verò venerabilibus domibus ſi quidem ſint chartularij, ipſos æquali modo iurare præſente eo qui præeſt venerabili domui. Si verò non ſint chartularij, ab his qui præſunt venerabilibus domibus, propoſitis ſanctis euangelijs contractum fieri in ſcriptis cum iureiurando addito huiuſmodi inſtrumentis, quòd non ad læſionem aut præſcriptionem venerabilis domus contractus efficitur. 1 ¶ Oeconomis[b] verò & orphanotrophis, & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus[c], necnon omnibus chartularijs, & parentibus eorum, & filijs, & alijs qui per genus eis, vel nuptiarum iure cõiuncti ſunt, interdicimus[d] emphyteuſim & locationes ſiue hypothecas rerum ipſis venerabilibus domibus competentium, aut per ſemetipſos, aut per interpoſitam perſonam accipere: ſcientibus eis, quòd ſi tale aliquid fiat: & hoc inualidum erit: & omnem ſubſtantiam tam eorũ qui accipiunt, quàm œconomorum & chartulariorum & ordinatorum, quibus ſecundum prędictum modum coniuncti ſunt, in venerabilem domum de qua rem accipiunt, poſt obitum eorum peruenire iubemus.

[k] *Nou. 67. c. 4.*

De rebus aliarum eccleſiarum extra ciuitatem Conſtantinopolitanam[e].

Cap. VI.

ET hoc quidem ſuper ijs qui maioris eccleſiæ ſunt, & prædictarum venerabilium domorum quæ ſunt in hac regia ciuitate, vel eius circuitu adhærẽtium diſpoſuimus. In alijs verò ſanctiſſimis eccleſijs, & monaſterijs, & xenodochijs, & noſocomijs, ſeu reliquis venerabilibus domibus, quæ in omnibus prouincijs noſtræ reipublicæ poſitæ ſunt, verumetiam monaſterijs in hac regia ciuitate, & eius circuitu adhærentibus conſequenter definire præuidimus. 1 ¶ Licentiam[f] igitur damus prædictis venerabilibus domibus non ſolùm ad tempus emphyteuſim facere immobilium rerum ſibi cõpetentium, ſed & perpetuè hæc eis emphyteutico iure volentibus dari. Et ſi quidem ſanctiſſimæ eccleſiæ ſint, vel aliæ venerabiles domus, quarum gubernationem loci ſanctiſſimus epiſcopus aut per ſe, aut per venerabilem[g] chorum clericorum faceret, cum volũtate eorum & conſenſu fieri huiuſmodi contractum, iurantibus præſentibus œconomis & adminiſtratoribus & chartularijs ipſius venerabilis domus, quòd ex hac emphyteuſi nullum damnum eidẽ venerabili domui infertur. Si verò ptochia, aut xenones, aut noſocomia, aut reliquæ venerabiles domus ſint propriã adminiſtrationem habentes: ſi quidem venerabilia oratoria eſſe contigerit, cum voluntate maioris[h] partis ibidem ordinantium[i] clericorum, necnon & œconomi. Si verò xenones, aut ptochium, aut noſocomium, aut alia ſit venerabilis domus, apud[k] præpoſitum ipſius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundem venerabilium domorum in præſentia Deõ amabilis epiſcopi, à quo præponuntur aut ordinantur, quòd nihil ad lęſionem aut præſcriptionem ipſarum venerabilium domorũ de huiuſmodi contractu efficitur. 2 ¶ In venerabilibus verò monaſterijs primates[l] eorum cum ampliore & maiore[m] parte ibidem deſeruientium[n] monachorũ contractum efficiant. In prędictis verò omnibus iubemus inſcribi inſtrumentum cum iureiurando, quòd non ad læſionem aut præſcriptionem earundem res agitur. hac verò obſeruatione huiuſmodi pręcedente, releuationẽ non amplius fieri à ſexta parte reditus quem habet res quæ in emphyteuſim datur. Quæcunque verò de lapſis domibus competentibus venerabilibus domibus, quæ in regia ſunt poſitę ciuitate, ſuperius diſpoſuimus: hæc in his venerabilibus domibus valere præcipimus. Hoc[o] etiam ſuper ipſis venerabilibus domib. definire pręuidimus, vt ſi quędam ex eis ſiue pro publicis collationib. ſiue pro alia neceſſaria cauſa eiuſdẽ domus debitis obnoxię fiant, & non eſt poſſibile de rebus mobilib. eadem perſolui debita: primo[p] quidem ordine in ſpeciali pignore dari rem immobilem creditori, vt eius fructus colligens, reputet ſibi tam in ipſis debitis mutuis pecunijs, quam in vſuris non amplius quarta parte centeſimæ. Si verò noluerit iſto modo debitũ trãſigere, iubemus per eos quidem qui à ſanctiſſimo patriarcha ordinantur, ſiue metropolitę, ſiue alij epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, aut noſocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud ſanctiſſimos patriarchas, à quibus

[a] Chartularij eccleſiæ.

[b] hinc sũpta eſt auth. quibuſcunq;. *C. de ſacr. eccl.*

[c] Oeconomi, adminiſtratores eccleſiæ, eorumq; cognati aut adfines, nõ poſſunt cõducere aut in emphyteuſim capere aut ἀντίχρησιν, res eccleſiaſticas: adde *quæ dicã ad l. 5. C. de contr. empt.*

[d] pręſumitur n. huiuſmodi alienatio nõ cõferre in vtilitatem eccleſiæ, de qua ꝑſumpt. v. Alciatum *1. præſumpt. 29.* & Vvurmſer. *1. pract. 39. c. 6.*

[e] *V. Iulian. hic num. 411.*

[f] hinc ſumpta eſt auth. Perpetua. *C. de ſacr. eccleſ.*

[g] ἢ διὰ τοῦ εὐαγοῦς αὐτοῦ κλήρου *Scrim.* per clericum *Iulian. hic.* adde *Nou. 67. c. 4.*

[h] Maiori parti conſentientium multũ defertur.

[i] ἐκεῖσε λειτουργούντων, *Scrimg.*

[k] τὸν προεστῶτα *Scrimg.*

[l] ἡγουμένους *Scrimg.* malè apud Iulianũ hic legumenos.

[m] Quod ſit cũ maiori parte, fieri cenſetur ab omnibus.

[n] λειτουργούντων, *Scrimg.* qui ibi miniſteriũ faciũt debitum, *Iulian. hic.*

[o] hinc sũpta eſt authentica, Hoc ius. *C. de ſacr. eccl.*

[p] Quo ordine, quibus ex cauſis immobilia eccleſiaſtica vendi poſſũt *Nou. 46. c. 1. No. 54. c. 2. No. 67. c. 4.*

biennium recipere † eam vir ſuus voluerit, poteſtatem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuẽs: & nullatenus [a] propter ea quæ in medio tẽpore facta ſunt, nuptias lædi. Si verò prædictum tempus tranſiuerit, aut vir priuſquam recipiat mulierem, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum accipere, & habitare in ipſo monaſterio in omni propriæ vitæ tempore: & ſi quidem habeat deſcendentes, duas [b] partes accipere eos ſubſtantiæ, ſecundum legum ordinem diuiſas, reliquam verò tertiam partem monaſterio in quod mittitur, dari. Si verò deſcendentes non fuerint, ſed aſcendentes inueniantur non conſentientes huiuſmodi iniquitati: quatuor vncias eos ſecundum leges diuiſas accipere. octo verò vncias dari monaſterio in quo includitur huiuſmodi mulier. Si verò neque deſcendentes neque aſcendentes habeat, aut aſcẽdentes cõſenſerint huiuſmodi iniquitati: omnem eius ſubſtantiam accipere monaſterium, illi conſeruandam: vt per omnes cauſas viro pacta dotalibus illata inſtrumentis ſeruentur.

hîc, gladio nõ punitur, ſed verberata in monaſterium ad tempus mittitur: interdum in perpetuum. verbi gratia, ſi maritus intra bienniũ mortuus ſit, aut ſi intra id tempus eam recipere noluerit *Vt hic*, *adde 6. Harmenop.* 2. Et ita miti⁹ hic (aliud eſt in iniuſto repudio. nam mulier viro, ꝙ ad pœnã, exæquatur Nouel. 117.) agitur cum adultera, quã cũ adultero. ſed Leo *conſtit.* 32. voluit cũ adultero tũ adulteræ naſum præcidi: maritum verò dotem lucrari 6. *Harmenopul. 2. de bonis adulteræ. Vide Verſ. ſi Verò*, ibi, *ſi quidem habeat. ǰ. eod.*

Cap. XI.

Qvia [c] verò aliqui noſtram legem [d] tranſcendere ſtudent, in qua euidenter cauſas enumerauimus, ex quibus ſolùm repudia poſſunt tranſmitti aut à viro, aut à muliere, iubemus præter illas cauſas nullo modo repudia fieri, aut per conſenſum † nuptias ſolui, & cõcedere inuicem delictis. Si [e] verò præter à nobis definitas cauſas præſumpſerint aliqui ſoluere matrimonium: iubemus, ſi quidem deſcendentes habuerint ſiue ex ipſo, ſiue ex alio matrimonio, ſubſtantiam eorum illis dare ſecundum legum ordinem, & tam virum quàm mulierem in monaſterium mitti in omnibus vitæ ſuæ temporibus, & de ſingulorum facultatibus quaternas vncias monaſteriis in quibus mittuntur, ſeparari: viro nihilominus neq; vſum habente datæ partis filiis: quoniam pater rerum filij in poteſtate poſiti non habet vſumfructum. Si verò deſcendentes non habeant, ſed aſcendentes inueniantur: tertiam partem ſubſtantiæ accipere eos, ſi non iniquitati ſolutionis matrimonij cõſenſerint: duas verò partes monaſteriis in quibus vnuſquiſque mittitur, ſeparari. Si verò neque deſcendentes neque aſcendentes inueniantur, & aſcendentes conſenſerint facto: iubemus omnem ſubſtantiam monaſterijs in quibus miſſi ſunt, dari: vt nõ propter hunc contemptum, & Dei iudicium contemnatur, & noſtra lex tranſgrediatur. Sed & miniſtros talis ſolutionis nuptiarum, aut qui huiuſmodi infanda inſtrumenta compoſuerint [f], corporalibus pœnis ſubiici iubemus, & in exilium deſtinari. Si verò ij qui matrimonium ſoluere præſumpſerunt, voluerint iterum [g] ſibi coniũgi priuſquã mittantur in monaſterium: licentiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus eis, & proprias habere ſubſtantias, & ita adinuicem viuere, tamquam ſi nihil delictum fuiſſet. Vno verò volente matrimonium reuocare, ſi non conſentiat alia perſona: contra [h] eum qui noluerit, teneãt pœnæ. Hæc verò omnia ſeruari iubemus tam in regia hac ciuitate quàm in prouinciis, tam à comite priuatarum, quàm à palatinorum ſchola, & prouinciarum iudicibus & officiis eorum: ſcientibus quòd ſi neglexerint huiuſmodi alicuius delicti, & non omnia hæc cuſtodierint, & exilium & proſcriptionem bonorum ſuſtinebunt. Hæc verò iubemus ſeruare locorum ſanctiſſimos epiſcopos [i]: vt prouidentia eorum traditæ perſonæ in monaſteriis mittantur: & de rebus earum quod à nobis definitum eſt, monaſteriis vindicetur.

† Redintegrari poteſt matrimonium cũ adultera, quod olim non licuit *l. 37. in f. ff. de minorib.*

[a] effectus redintegrati matrimonij.

Cap. XII.

SI quis verò accuſatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legibus pœnas effugerit, & poſt hoc inueniatur cum muliere de qua accuſatus eſt, turpiter conuerſatus, aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuẽte marito, aut poſt [a] eius mortem: neque matrimonium valere iubemus: ſed eum qui hoc delinquere præſumpſerit, & ſi prius profugerit, attamen licentiam damus omni iudici & comprehendere eum, & poſt tormẽta vltimis ſuppliciis ſubiicere: nulla alia excuſatione aut probatione facienda: & mulierem caſtigatam, & detruſam, monaſterio immitti iubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriuſque verò ſubſtantiam ſecundum prædictum ordinem diuidi periculo (ſicut prædiximus) tam comitis priuatarũ, quàm iudicis loci.

[a] Nemo põt eam vxorem ducere cum qua adulterium commiſerit. *huc refer tit. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. adde l. 11. ff. de adulter. l. 28. C. de adulter.* Martialis, Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare. Ecce vir eſt: nunquid, Paula, negare potes? & alio loco, Quod nubis Proculina concubino, Et Mœchũ modo, nuc facis maritum, Ne lex Iulia te notare poſſit. Non nubis Proculina, ſed fateris *V. Cuiac. hic.*

De pœnarum omnium moderatione.

Cap. XIII.

QVia [b] verò nos oportet humani generis infirmitatẽ protegere: corporales pœnas ſecũdum aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras [c] manus aut pedes [d] abſcindi, aut huiuſmodi quædam inferri ſupplicia, per quæ articuli [e] diſſoluuntur: quia membrorum diſſolutio grauior eſt vtriuſque manus abſciſſione. Propter quod iubemus, ſi quidem tale aliquid delinquatur, vnde leges mortem delinquentibus inferunt, ſecundum legum virtutem ſuſtinere eum pœnas. Si verò tale fuerit crimẽ, quod morte dignũ non ſit, ipſe aut caſtigetur aut in exilium tranſmittatur. Si verò criminis qualitas membri abſciſſionem exigat fieri: vnam ſolam [f] manum [g] abſcindi. Pro furto [h] autem nolumus omnino quolibet [i] membrum abſcindi, aut mori: ſed aliter eum caſtigari. Fures [k] autem vocamus, qui occultè & ſine armis huiuſmodi delinquunt. Eos verò qui violenter [l] aggrediuntur aut cum armis, aut ſine armis, in domibus, aut itineribus [m], aut in mari [n]: pœnis eos legalibus ſubdi iubemus. Vt autem non ſolùm corporales pœnæ, ſed etiam pecuniariæ mediocres fiant, ſancimus eos qui in criminibus accuſantur, in quibus leges mortem † aut proſcriptionem definiunt: ſi conuincantur, aut condemnentur, eorum ſubſtantias non fieri lucrum iudicibus aut eorum officijs, ſed neque ſecundum veteres leges fiſco [o] eas applicari: ſed ſi quidem habeant deſcendentes & aſcendentes vſq; ad ter-

[b] hinc & ex ſequentib. poſſis colligere, Maritum nihil lucrari ex bonis vxoris adulteræ: vt quæ deſcendentib. aſcendentibus & monaſterio certo gradu atq; ordine diſtribuantur: de ea re dixi ad Nouell. 117. c. 13. *adde 26. Harmenop. 2.* de iure in ea re veteri *V. Vlpianum* 6. §. 12. [c] hinc ſumpta eſt authentica. Idem eſt. *Cod. de bon. quæ lib.* [d] *Nouell.* 117. c. 9. 10. † Conſenſu mutuo nuptiæ non diſſoluuntur, etiamſi naturale ſit, vnum quodque eo genere diſſolui quo ligatum eſt *l. 32. ff. de regulis iuris.* & ita abrogatur Nouella 22. c. 4. [e] Pœna iniuſti repudij *Nouell. 27. c. Vlt.* [f] Pœna notarij conficientis inſtrumentum iniuſti repudij. [g] Redintegrari poteſt matrimonium. [h] ne alterius delicto puniatur. [i] Cura epiſcopalis ad quæ porrigatur.

[b] hinc ſumpta eſt authentica, Nouo iure *Cod. de ſeruis fugit.* [c] Nemo poteſt ita damnari, vt vtræque manus, vel vterque pes abſcindatur, vel vt ſoluantur artus. Fugitiuo pes vnus amputatur *l. 3. C. de ſeruis fugit.* falſario manus vna *Nou. 17. Nouell. 42.* [d] Pedis abſciſſio de qua dicã *ad l. 3. C. de ſeru. fug.* [e] τὰ ἄρθρα διαλύονται *Scrimg.* Nulli iudici liceat exarthare in quocumque delicto *Iulian. hic Verſi. nulli.* Exarthandi verbo, opinor, intelligit inſciſſionem neruorũ: quod genus ſupplicij illatum falſario fuit Alexandri decreto, *teſte Lampridio.* nec enim puto intelligi crurifragium, cuius fit mentio apud Iohannem 19. *Verſi.* 32. 33. Apuleium 9. *Aſini*, Ammianum 14. apud Gallicanum *in Caſſio.* Suetonium in *Octauio c. 67.* à quo non multum abludit rotæ ſupplicium quo nunc paſſim iudices vtuntur aduerſus latrones. nam rota veterũ diſſimilis fuit. de qua vide Demoſthenem 3. *in Aphobum*: Ciceronem 3. *Tuſculan.* Sudam, Lucianũ *in epiſt. ad Steſichorum.* Apuleium 3. & 10. Nicephorum 3. c. 14. Cuiacium 3. *obſ.* 28. *in fin.* [f] 6. *Harmenop.* 10. *inf.* [g] Manus non amputantur furi *Vt hic.* Lege diuina amputabatur mulieri quæ appræhendiſſet verenda concertantis cum marito *Deuteron.* 25. & Galba, nummulario non ex fide verſanti pecuniam manus amputari iuſſit, menſæq; eius affigi *Sueton. in Galba c. 9.* Exactori publico res ſuſceptas non ex fide deſcribenti manus etiam amputabatur *Vide quæ dixi Nouell. 17. cap. 8.* vt & perſcriptori librorum improbatæ lectionis *Nouell. 42. cap. 1. §. 2. in. fin.* Iure Inſubrum eandem pœnã ſuſtinent qui contractum falſum feudi ſeu prædij clientelarij perſcripſerunt 2. *Feud.* 55. *de prohibita feudi alienatione. Verſ. Scriba Verò.* qui contra ſtatutum pacis aliquem vulnerauerint §. *ſi quis alium 2. Feud.* 27. *de pace tenenda, & eius Violatoribus in prin. Verſi. Si quis alium.* Quędam alia vide apud Cuiacium 7. *obſ.* 13. Petrum Gregorium 31. *ſyntagm.* 16. *num.* 6. [h] aliud pro latrocinio. nam latroni vita adimitur *V. 2. Feud.* 28. *titul. de pace tenenda* §. 5. & §. *ſi quis quinque ſolidos. l. 28. §. 15. ff. de pœnis.* Fures tamen interdum capitaliter puniti ſunt *l. penult. ff. de condict. cauſa data.* [i] putà linguam. quæ tamen periuro Nouella Leonis abſcinditur *Vide quæ dixi ad Nouell. 77. ſ. eod.* nares, qui tamen amputantur furibus lege Longobardorum *l. de latronibus l. ſi quis latro Cod. de Longobard. de furtis Vide Nouel. Leonis* 32. aures, quo ſupplicio Perſarũ reges affecerunt quoſdam captiuos Græcorum *Diodor. li. 17. anno 6. Alexandri.* oculos. de Excæcatione dicã ad Nouellã Leonis 92. dic idem in caſtratione *Vide Nouellam Leonis* 60. [k] Qui fures dicantur. [l] ij ſunt latrones. [m] ij ſunt graſſatores *l. 28. §. 10. ff. de pœnis.* [n] ij ſunt piratæ. *de quibus leg. 3. §. 1. ff. nautæ, caupon. leg. 18. ff. commodati.* † Bona condemnati ad mortem, vel proſcripti non confiſcantur. *Nouell. 19. cap. 12.* [o] hinc ſumpta eſt authentica, Bona condemnatorum *Cod. de pœnis.*

[illegible]

tium gradum, eos habere †. Si verò mulieres [a] habeāt qui condemnati ſunt: omnibus modis iubemus iſtas & dotem & antenuptialem donationem accipere. Si verò ſine dote talibus perſonis coniunctæ fuerint: a legibus definitam [b] partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere, ſiue filios habeant, ſiue non. Si verò neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fiſco ſociari eius ſubſtātiam. In maieſtatis verò crimine condemnatis, veteres leges ſeruari iubemus.

*† Confiſcatiōs n'ont point de lieu en pays de droit eſcrit Nou.17.c.12.* & ita abrogatur lex 1. *ff. de bonis damna. lex 4. Cod. de bon. proſcript.* excipe quoſdā caſus, putà crimē maieſtatis *l.5. C. ad l. Iul. maieſt.* inceſtarum nuptiarum *Nou. 12.* & eius quiviolat caſtitatem, poſt ſolutum matrimonium caſtitatis cauſa *Nou. 117.* ſed ea de re dicā plenius *ad ti. C. de bon. proſcript.*

[a] *l.9. C. de bon. proſcript.*

## EPILOGVS.

¶ *Prouidentiam igitur adhibeto gloria tua, vt præſentem ſacram legem noſtram & in alma hac Vrbe proponat, & per prouincias mittat inſinuetque harum præſidibus, quo magis omnes ſubditi intelligant, quantam pro ipſis geramus prouidentiam. Dat. Kal. Maij, Conſtant. Dom. Iuſti. PP. Aug.* * *Baſil.* [c] *V.C. Conſ.*

## NE QVIS COGATVR bonis [d] cedere.

### Tit. XVIII.

### *NOVELL. CONST.* CXXXV.

### PRAEFATIO.

QVibus maximè rebus diuinum à nobis numē placari perhibetur, ea ſanè inter ſubditos iugiter incrementum accipere, atque eluceſcere contendimus. Zozarius quiſpiam ex Myſis oriundus [e], cum [f] lacrymis porrectis precib. nos edocuit, quod cùm pecuniarum publicarum pariter & priuatarum nomine conueniretur a clariſſ. prouinciæ præſide per contumeliam, & quidem ſolam. Neque enim credidit de iis pecuniis propriarum rerum ſuarum perſecutionis libellos oblatum iri, id quod iniuſtiſſimum habetur, & inter ea capitula, quæ cum primis adferunt moleſtiam. Vbi enim locorum iuſtum eſt, vt is, qui in vniuerſum ex accidenti [g], non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet, denuò per vim ad ignominioſam [h] vitam tranſponatur, & ad quotidiani victus, neque non (vt licet coniicere) amictus corporis inopiam adigatur?

[b] i. quartam *Nou.117. c. 5.*
[c] ann. 30. poſt conſulatum Baſilij V. C. anno 15. *Cui. hic.*, id eſt, anno 541.

### CAP. I.

DE his edocti, alacriterque cupientes id, quod deterius eſt, per melius corrigere, quo magis ea re omnium optimus Deus concilietur, neque [i] calamitoſi aliquid noſtris geratur, in que vſu habeatur temporibus:

[d] 42. *ff.* 3. 7. *C.* 71. v. Paponē 10. *Arr.* 10. *de ceßion de bien.* Petrū Gregorium 12. *ſyntagm.* 8. vbi tractat de ceſſione bonorum *c.9.* de perſonis & qui cedere bonis poſſint *cap.* 10. quibus & pro quibus debitis, ceſſio fieri non poſſit *cap.* 11. de præſcripta cedendi bonis formula *c.* 12. ceſſionis bonorum auxilium non porrigi ad fideiuſſores cedentium *c.* 13. de fine præcipuo ceſſionis *c.*14. de ratione inducendi beneficium ceſſionis *c.*15. Num hoc beneficium ceſſionis locum habeat, quando quis pro debito ſe adſtringit carceribus: & num expreſſe ei renunciare poſſit debitor: vbi doctè tandem probat, debitorem admitti ad ceſſionem, vtcumque nudè, vel iureiurando ceſſionis beneficio renunciet. idque legim⁹ confirmatū Areſto cuius meminit Papo 10. *Arreſt.*10. *nu.*3. [e] & ita ex territorio imperatoris. legis Iuliæ beneficium ad ſolos ciues pertinebat *Cæſar, de bello Gallic. Sueton. c. 42. in Iulio. Tacit. 5. Annal.* poſtea indultum extraneis *l.4. C. qui bon. ced.* In Gallia, extranei non fruuntur hoc beneficio *Pap.* 10. *Arreſt.* 10. *nu.* 12. Contra, apud Flandros indigenæ nō iuuantur beneficio ceſſionis, niſi eo beneficio priùs impetrato à principe magnis conditionibus, ex ſanctione Caroli 5. lata anno 1541. *Vide Petrum Gregorium 22. Arreſt. 9. nu. 16.* [f] hinc colligit Buttigarius, voluntarie inopem cedere bonis non poſſe, quia ceſſio non admittitur niſi vrgentibus creditoribus *Vide Petrum Gregorium 22. ſyntagm. 9. num. 19.* [g] ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ οὐ ῥαθυμίᾳ & rectè. nam qui ex negligentia ſua non ex aliquo caſu fortuito decoquunt, non ſunt procul ab infamia. Lex Roſcia cùm cauiſſet vt equites in XIIII. ordinibus ſederent, exceperat decoctores *Cicero Philip. 2. Plinius 33. c. 2. Florus Epitome 99.* Cuius generis homines iubebat Adrianus in Amphitheatro catamidiari, Gal. i *M·trer, Spartianus in eius Vita.* vt pleriſque locis hodie fit in foro: & Bœotis eadem fuit lex. *Nicolaus apud Stobæum c.42.* eadem etiam fuit Solonis lex, *Laert.* 1. aliàs ceſſio bonorum non infamat *Vt* j. *eodem.* [h] ἀσχήμονα τὸν βίον ἑαυτῷ περιτιθέναι dixi s. id genus infamiæ pertinere poſſe ad decoctores, non ad quoſuis bonis cedentes *l. 11. C. ex quibus cauſ. infam. l.3. l.5. ff. de ceſſ. bonor. l.2. l.4. C. qui bon. cedere. adde Nou. 4. c. 3. infi.* [i] ea fuit ratio introducendi beneficij ceſſionis σεισάχθεια de qua vide Petrum Gregorium 22. *ſyntagm.* 14.

ſancimus [a] vt nemini glorioſiſſ. aut magnificentiſſ. magiſtratuum liceat rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis cauſis *propter* [b] *pecunias publicas fortè, aut etiam priuatas* iudicium ſuſtinent, aut huiuſmodi contumeliis vti, ac prætextibus, perinde quaſi dum corporis [c] ſupplicium ipſi remittitur, maluerit rerum ſuarum amiſſionem capeſſere potius, quam cum inopiæ iugo itidem ad mortem vſque premi opprobrio ignominiæ [d]. Iuſiurandum [e] tamen per adorāda præbeat eloquia, quòd nullam rerum cauſā occaſionem, aut aurum reliquum [f] habeat, vnde æris alieni ſupplementum faciat. Præterea, ſi qua ipſi iura lex vel ex hæreditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præſtet, in quarum poſſeſſione nondum conſtitutus ſit, competere tamen ipſi videantur, poſſintque [g] creditores vel partem ex iis, vel etiam totum colligere, extra tamen res vxoris, *ſi quidem reuera ad illam pertineant*, hoc fiat, creditoribúſque huiuſmodi actionum vindicandi, & in perſonam eius, qui aliquando iurium futurus ſit dominus, actiones inſtituendi, ſiue præſens debitor eſt, ſiue nō, & (vt ſimpliciter dicamus) quod ad actionem & vindicationem rerum, conſiſtendi in perſona eius, qui ita fuerit obnoxius, licentia ſit.

[a] Res ita habet, Qui ſuo vitio ad inopiam ſunt redacti debitores, carcerē, vincula, & verbera patiuntur j. *eod. ibi, dum corporis ſupplicium ipſis remittitur l. 1. & l. vlt. Cod. qui bon. cedere. l. 1. C. Theo. eod. titul.* niſi maluerint cedendo bonis infamiā experiri *Vt* s. Qui nō ſuo vitio, ſed caſu ad id ſunt redacti, carcerem nō patiuntur, non vincula, non verbera, non coguntur etiam bonis cedere, aut eam ſpeciē infamiæ ſubire propoſitam iis qui bonis cedūt: ſed cum primum bonā copiam eiurauerint, id eſt, cùm primum probauerint inopiam proprio vitio ſibi nō accidiſſe ſed caſu, liberantur carcere, cruciatúque omni corporis *V. Hotom. 24. Illuſt. inf.*

## EPILOGVS.

¶ Diligens itaque & virtutis amans magnificētia tua, ea, quæ tam piè nobis placuerunt, obſeruato: decem librarum auri mulctam ei, qui ex iis aliquid, quæ de his à nobis ſancita ſunt, tranſgredi præſumpſit, irrogans. Neque enim abſque periculo erit, ſed & vitæ periculum inferetur iis, qui vel ſola cogitatione tenus ea, quæ iuſtè à nobis per hanc ſacram exprimuntur legem tranſilire attentauerint. Dat. Kal. Iun. Conſtant. Biliſ. V [h]. C. Conſ.

## DE ARGENTARIORVM contractibus [i].

### Tit. XIX.

### *NOVELLA CONSTIT. CXXXVI.*

### PRAEFATIO.

QVI in corpore ac collegio conſiſtunt argentariorum huius almæ vrbis, hi ſupplices apud potentiam noſtram facti, de multis nos capitulis petierunt, potiri cupientes auxilio, vt qui multis [k] ſe vtiles præbeant, *Vnde* [l] *ſponſiones & mutui obligationes periculo plenæ accedūt.* Nam cū ſacra noſtra exiſtat cōſtitutio [m], quæ vult, vt exactiones ordine fiāt, ac primū quidē principales rei, & res eorū excutiantur, deinde verò & fideiuſſores, & mandatores, neq; nō cōſtitutæ pecuniæ rei: ab hac legislatione ipſorum eximi conſortium, & pati omniū grauiſſima, ſi ipſi quidē conſtitutionis auxilio vti nequeant, ſed protinus exigantur: cùm verò conſtitutæ

[b] hinc cōſtat, Debitoribus ad inopiam redactis non ſuo vitio, beneficium ceſſionis, etiam aduerſus fiſcum ſuperfluum eſſe. Superfluum, inquam, quia non coguntur bonis cedere, & tamen carcerem euitant. Effectu quidem bonis cedunt, quia bonorum omnium venditionem patiuntur: ſed ea formula (quæ ſpeciem habeat ignominiæ) bonis cedere non coguntur. [c] hic locus īnuit, decoctores corporis ſupplicium euitaſſe bonis cedendo. corporis inquam, at non omnino famæ *ſupr. eod. & infr. eod.* [d] καὶ τῷ τῆς ἀσχημοσύνης πιέζεσθαι μέχρι θανάτου ὀνειδισμῷ. [e] De variis diuerſarum gentium formulis ceſſionis faciendæ vide Petrum Gregorium 22. *ſyntagm. c. 12. & c. 8. num. 5.* vbi notat in ſymbolum ceſſionis hoc moris fuiſſe debitori, zonam ſolui *ex 15. Gellij* 12. ex Horatio 2. *epiſt.* [f] Quid ſi fideiuſſorē idoneum dederit: eo caſu beneficium ceſſionis factæ reo non prodeſt fideiuſſori *P. Gregor. dicto loco c.12.* admitti tamen ex ſua perſona, ſi fortè contigerit eundem vitio aliquo non ſuo, factum fuiſſe non ſoluendo. [g] hic locus oſtendit, Cedendum bonis nō ipſo iure omni debito liberari: alioquin bona ab eo quæſita poſtea, non eſſent creditoribus obnoxia. conuenitur ergo in iis bonis, ſed quatenus facere poteſt *l. 4. ff. eod.* nec enim fraudandus alimentis quotidianis *l. 5. d. tit.* Quid ſi debitori ceſſionem bonorum facienti partem tamen debiti repræſtanti, pactum fuerit à creditoribus de non petenda alia quota debiti, iſque poſtea ad meliorem fortunam peruenerit? Si creditores dolo inducti quotam remiſerint, negant interpretes debitorem iuuari exceptione pacti *V. P. Gregor. 22. ſyntagm. 13. nu. 2.* [h] i. an. 541. [i] *Edict. 9. Iuſt. 23. Ecl. 4.* De argenti diſtractoribus qui & argyropratæ vocantur *Iul. conſt.* 117. [k] Argentariorū officium publicam cauſam habet *c. 2. j. eod.* [l] intercedunt. n. pro aliis *Edict. 9. & l. pen. C. de conſt. pecun.* Intercedunt enim ſuo modo, recipiendo ſ. vt cæteri conſtituendo. [m] *Nou. 4. c. 3. inf.*

pecuniæ

pecuniæ obligationes ab aliis percipiant, non item ipſis ſatisfaciant, qui pecuniam conſtituerint, mandatoréſve in eam rem, aut fideiuſſores extiterint, & *conuenire vt ipſi communium legum participes ſint, aut ſibi conſtitutio noſtra non aduerſetur.*

Cap. I.

SAncimus igitur, vt cùm aliqui ex his qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt, mutuam alicui pecuniam dederint[a], & vel conſtitutæ pecuniæ reos, vel fideiuſſores, vel mandatores in eam rem acceperint, opponatúrque ipſis conſtitutio, & ordo per eam introductus: nihilominus & in ipſis conſtitutio obtineat, niſi[b] ſpeciale pactum fecerint, vt creditori licentia ſit, tam principalem debitorem quàm mandatorem atque fideiuſſorem, *& conſtitutæ pecuniæ reum* conueniendi, non expectato[c] conſtitutionis gradu. Propter ingens enim illud ſtudium, quod argentarij circa publicos contractus adhibent, huiuſmodi pacta conuenta admittimus: cùm non videantur contra legem eſſe, propterea quòd vnicuique integrum eſt his, quæ ipſi à lege data & conceſſa ſunt, renunciare[d]. Proinde ſicubi tale pactum fiat: licitũ ipſis eſto, tam principalem debitorem, quàm mandatorem & fideiuſſorem, atque aliàs porrò perſonas conuenire. Vt quidem ſi nullum pactum adſcriptum ſit, penitus & in ipſis valeat conſtitutio[e]. Si pacta verò adſcripta ſint: ſimul formam ac regulã[f] addant cõtractui, ſimul exinde inferatur exactio.

Cap. II.

SEcundum verò ipſis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem[g] fecimus, cùm quis argentariæ menſæ præpoſitus militet aut filios ſuos militare faciat, vt nequeant eo militantes ipſorum filij vti, quaſi non ex paternis, aut aliunde quæſitis pecuniis militent, ſed creditorum: & petierunt, vt aut neque in ipſis huiuſmodi locum haberet præſumptio[h], aut ipſis quoque eadem ſuppeterent, vt ſi quis mutuo ab ipſis ſumpto militet, aut etiam eius filij, neque debitum poſſit aliunde diſſolui, vel ex iſtiuſmodi militiæ eius, aut filiorum venditione ſatis ipſis fiat. Nos igitur cùm neque ſimpliciter legem[i] propoſuerimus, ſed cum conuenienti obſeruatione neque facilè ſubuerti ipſam ſuſtineamus: ſancimus, vt ſacra conſtitutione valente, neque hac præſumptione, quæ ſecundum ſacram conſtitutionem contra ipſos protenditur, ſublata: quandoquidem multi, cùm contrahunt, nõ ſuis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipſi hoc priuilegij[k], vt ſi quis militet, aut eius filij, ipſius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, ſi de numero earum ſit, quæ[l] vendi ſolent. Conſimiliter autem & filiorum, niſi manifeſtiſſimè ab ipſis comprobetur, quod vel ex maternis filiorum bonis, vel ex principali largitate militiæ ipſis acceſſerit. Nam ſi debitum aliunde diſſoluere nequeant: tunc argentariæ menſæ præpoſitis etiam ex filiorum militia ſatisfiat: ſi quidem ipſorum gratia hanc legem proponimus, opponẽtes eam præſumptioni, quæ ex conſtitutione nata eſt. Et quemadmodum[m] illa prædictam contra ipſos præſumptionem effecit: ita & nos contrarium ipſi remedium addentes, his ſolummodo, qui de prædicto conſortio ſunt, liberalitatem noſtram explicamus propter communem[n] ipſorum vtilitatem, quam in contractib. exhibent, dum multis ſe periculis immiſcent, vt ingruentibus aliorum neceſſitatibus medeantur.

Cap. III.

POrro neque illud abs re dicere viſi ſunt, ſi cuipiã mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati ſint ad[o] nonnullarum mobilium, aut immobilium rerũ emptionem, & certam auri ſummam dederint, *& mutuata pecunia res empta ſit*: vt prorſus ipſi ea in re potiora iura habeant, neque diſtortione aliqua tententur: ſed ſimul ac oſtenderint[p] ſuis pecuniis eam rem comparatam eſſe, neque poſſint debitores pecunia ipſis numerata ſatisfacere: res iſtiuſmodi pecuniis empta perinde ipſis addicatur, quaſi reuera ab ipſis ẽptio celebrata foret, & nuda[a] emptoris appellatio fuiſſet appoſita. Neque enim iuſtũ eſt, vt qui tam largiter pecunias ſuas profundunt, non item primum & extra omnem controuerſiam poſitum ordinẽ in rebus ſua pecunia comparatis teneant: duntaxat ſi in contractibus ſcriptura[b] interueniente celebratis hypothecæ aliqua facta ſit mentio. hoc namque ſi obſeruauerint: totum habituri ſunt, quod à nobis petierunt. imo verò etiam amplius quàm petierunt: ſi quidem omnib. prę-ſtantiora ipſis iura in iis rebus concedimus, quæ ipſorum pecuniis emptæ probantur. Si tamen contractus factus ſit, aut fiat, nulla ſcriptura interueniente, ipſíque vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maximè apud argentariæ menſæ præpoſitos fieri conſueuit) ſpecies[c] aliquot mundi fortè muliebris, aut argenti, quod ob eiuſmodi datur venditúrve, pro quo tamen pretium[d] nondũ perceperint: tunc liceat ipſis hæc tanquam ſua vindicare, etſi hypothecarum ius in iis non habeant. Neque enim illi poſſidebunt aliena: & cũ aurũ pro pretio non ſoluerint, fruſtra detinebunt ea, quæ ipſis ab aliis tradita ſunt: ſed ſiue ad hæredes tranſmiſerint, hæredes eorum pro ipſis, vel ipſa data reddent: ſiue ad hæredes non peruenerint, licebit hęc ipſis vindicare, nulla contra ipſos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios fortè quæſitæ ſunt, valitura.

Cap. IIII.

QVia verò legem tulimus, ne argentariæ menſæ præpoſiti vltra beſſes vſuras fœnerarentur, docuerunt autẽ nos, quòd cùm ſine ſcripto fœnerari ſoleant. hi deinde illiberales ſe circa vſuras præbeant, propterea quòd & mutuum ſine ſcripto contractura, neque ſtipulatio interpoſita ſit: ſ. iuxta illud quod vulgò dicitur, nõ cõuenire, vt vſuræ citra[e] interpoſitam currant ſtipulationem: quanquam multi[f] caſus ſint, in quibus vel ſine ſtipulatione & ex pacto naſcatur vſurarum obligatio: nonnunquã etiam hæ, tametſi non ex pactis, ſed ſuapte[g] ſponte introducantur, tamen exigantur: propterea ſancimus, vt vſuræ ipſis non ſolùm ex ſtipulatione, ſed etiam abſq; ſcripto præbeantur, nimirum tales, quales ipſos lex ſtipulari permittit, hoc eſt vſque ad beſſem[h] centeſimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati ſunt, hos vtique per huiuſmodi minutias iniuriam perpeti, iuſtum non fuerit.

Cap. V.

INſuper de hoc quoque nos inſtruxerunt, quòd hi qui cum ipſis contrahunt, cùm inſtrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publicè ea in foro componunt, partim ipſi propria manu conſcribunt, partim ab aliis conſcriptis ſubſcribunt: petierúntque, vt ſi quid eius generis conſcribant ij qui cum ipſis contrahunt, teneantur obnoxij, & ipſis ſatisfaciant, neque poſſint hoc in vſum aſſumere, & dicere, quòd tametſi inſtrumenta, ſiue confeſſiones, ſiue ratiocinia omnia manu ſua conſcripſerint, aut aliis ſcribentibus his ſubſignarint, aurum tamen, quod in iis comprehenditur, datum non ſit: & vt exinde hypothecas habeant, & beſſes vſuras, quamuis ſcriptæ non ſint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam eiuſmodi communia, ac publica ſunt, & maiore conſideratione indigent: reſpondemus ad hæc, vti conueniens eſt. Et quidem ſi quis publicum inſtrumentum confecerit, aut totum propria manu conſcripſerit, aut etiam inſtrumentis, vel ratiociniis ab aliis conſcriptis, ſubſcripſerit: vt omnibus modis tam ipſe, quàm hæredes eius perſonalibus ſ. actionibus teneantur obnoxij, ſancimus. Neque enim temere hypothecam dederimus his qui de ea pactum nõ fecerint, niſi omnino in ſcriptura eorum quę in bonis ſint, comprobetur facta eſſe mentio, aut ipſi bona ſua pignori oppoſuerint, aut ſaltem hoc ſimpliciter adiecerint, periculo eorum quæ in bonis habeant, aut denique aliquid proloquuti fuerint, aut conſcripſerint eiuſmodi, quod intellectum quẽdam hypothecæ adferat. Tunc enim ipſis etiam hypothecam præbemus, vt neque legum noſtrarum in vniuerſum naturam perturbemus, neque ipſos tolerabili defraudemus auxilio.

Vſuræ ſanè, ſi quidem certas pepigerint, pactæ præſtentur. Si verò duntaxat ſcriptum fuit, quòd fœneratitium creditum extiterit: nequeãt contrahentes dicere

[a] Per argentarios credebãtur pecuniæ.
[b] Argentariis ſtipulari licet, vt fideiuſſorem prius cõuenire poſſint quã reũ principalem.
[c] i. non ſeruato ordine diſcuſſionis.
[d] V. l. 29. C. de pactis.
[e] i. Nouell. 4.
[f] τὸ κανονίζον τὸ συνάλλαγμα. Pacta informãt cõtractũ, legem dant cõtractui l. 1. §. 6. ff. depoſi. V. l. 52. ff. de Ver. oblig.
[g] id eſt, anno 528. Ea eſt autem lex vltima Co. de pignorib.
[h] Quod emitur ab argentario, cenſetur ac præſumitur emptũ eorum nomine, a quibus idem argentarius pecunias accepit. ideóque vtcũq; argentarius ſibi, liberis, vel cognatis ſuis, (hæc enim poſtrema particula rectè additur à Iuliano nu. 502.) militiã aliquã emerit, ea tamen militia, tacito iure hypothecæ, præſumitur creditori argentarij obligata. Viciſſim ſi argentari° credidit alicui pecuniam, & is poſtea ſibi, vel ſuis liberis vel cognatis militiam comparauerit, talis militia, tacito iure, argentario erit obligata. ídque priuilegio ſingulari conceſſum eſt argentariis ĩ. *eod. ibi, hoc priuilegij.*
[i] id eſt, *dicta lege Vlt. C. de pignoribus.*
[k] nota priuilegium argentariorum, *de quo* ſ.
[l] nec enim quælibet militia vendi poteſt.
[m] vis ea eſt æquitatis, vt idem ius creditori argentario tribuatur, quod in eundem debitorem creditoribus datur. Eodem modo, ſi debitor Titij ſpeciali beneficio cogere poteſt debitores ſuos vt ſoluant ſine exceptione, Titio agenti debitor nullam poterit exceptionẽ opponere, *l. 3. §. 3. ff. quod quiſque iuris. huc refer l. 3. inf. ff. mandati. l. 46. ff. de Verborum ſignif. l. 7. C. de reſcind.*
[n] *l. 10. §. 1. ff. de edendo.* & neceſſarium vſum *l. 8. ff. depoſiti.*
[o] hoc argentarij commune habent cum reliquis creditoribus *Nouel. 97. l. 7. C. qui potior.*
[p] aliàs non præſumitur res ex argentarij pecunia empta, niſi probetur: quod in militia empta diuerſum eſt, *c. 2. ſ. eod.*

[a] i. vt qui rem emit, nudum nomẽ ẽptioni accommodaſſe videatur: fructũ verò omnẽ emptionis retuliſſe in creditorem argentarium.
[b] qui iure principalis hypothecæ vti deſiderat, creditum de ſcripto probare tenetur *adde Nou. 92. c. 4.* In quib. contractibus ſcriptura requiratur *dixi ad l. 17. Co. de pactis.*
[c] Si argentarius loco pecuniæ credidit aut vendidit monilia, nec ei ſatisfiat: põt argentarius eo caſu monilia vindicare: ꝙ in reliquis vẽditoribus nõ eſt, quib. ius tantum retinendi pignoris *l. 22. ff. de hæredi. Vend. l. 13. §. 8. ff. de act. empt. l. 31. §. 8. ff. de ædilitio. l. 14. §. 1. ff. de furtis.* nõ eius vindicãdi competit.
[d] ſeu æſtimationem earũ *Iul. hic num.* 504. i. valoris rei æſtimatò datę.
[e] *l. 1. C. de Vſu.*
[f] Perpetuò verũ non eſt, vſuras nõ deberi citra ſtipulationem. nam interdũ vſuræ debentur ſine ſtipulatione, interdum etiã ex ſolo pacto debentur.
[g] αὐτομάτως *l. 3. §. 2. inf. ff. de Vſur. l. Vlt. §. 2. C. de iure dot.*
[h] Licet argentariis ſtipulari beſſes vſuras *l. 26. §. 1. Cod. de Vſur.* Vſurę beſſes, *A huit pour cent.*

quòd ex quo vſuræ finitæ non ſunt, propterea & debitum ſterile haberi debeat: ſed ex præſumptione [a] ita celebretur exactio, quaſi beſſes vſuræ expreſſis verbis nominatæ ſint. atque hoc quidem de cætero obſeruetur. In ratiociniis verò, quæ iam confecta ſunt, & ſi nulla vſurarum habita ſit mentio: tamen quia manifeſtariũ eſt, quòd apud argentariæ menſæ præpoſitum ſolummodo contractus ſub vſuris ineatur, cùm non poſſit, qui ipſe vſuras dependit, ſine vſuris dare impendia: liceat ipſis beſſes vſuras expetere, vt tamen de cætero obſeruent ea quæ pręſens ipſis ſacra lex largitur.

Cap. VI.

IN illo vtique caſu nimis quàm ipſis opem ferimus, vt ſi ratiocinia proferantur, quæ expreſsè quamque cauſam [b] habeant adſcriptam, in quam aurum datum eſt, atq; hic ratiociniis ipſis ſubſcripſerit: etſi [c] ſingulas in ipſis cauſas propria manu non ſcripſerit, aut etiam confeſſionem de hoc aliquam, ſiue ſub ſpecie mutui, ſiue ex acceptilatione, ſiue etiam aliter non confecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, ſingularum cauſarum particulatim probationes exigere: niſi fortè ex abundanti velit vel ipſi, vel creditoris hæredibus iuſiurandum [d] deferre. hoc enim ſolùm ei concedimus: intra tamen ea tempora [e], quæ exceptioni non ſolutæ pecuniæ attributa ſunt. Nam ſi id quoque tempus præterire cõtigerit, neque iureiurando ipſos grauamus: id quod etiam in generalibus legibus deſcripſimus. quanquam ne hoc quidem ex vſu erat: nam eum qui propria manu vel ſcripſit, vel tradidit ratiocinia, quomodo iuſtum fuerit putare ita diſſolutum extitiſſe, vt quæ data non eſſent, pro datis ſcriberet?

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt: & per hanc ſacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quã quicunque præterea reipubl. noſtræ magiſtratus, inuiolata cuſtodire in perpetuum ſtudeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc vel tranſgrediuntur, vel trangredi patiuntur. Dat. Kal. Apr. Conſtant. DN. Iuſt. PP. Aug. Baſilio V.C. [f]. Conſ.

Margin notes:
[a] Etiamſi modus vſuræ nõ fuit adiectus ab argẽtario, præſumitur tamẽ ſtipulari beſſes vſuras, alias, nemini ſufficit vſuras ſtipulari, niſi & modum vſuris adiecit *l. 31. ff. de vſur.*
[b] *l. 4. ff. de pignorib. l. 4. de fide inſtrum.*
[c] Qui ſcripſerit ſe argentarij debitorẽ eſſe, obligatur: etiamſi cauſam non expreſſerit: fortè quia præſumitur mutuum accepiſſe, ducta præſumptione à ſtatu & officio creditoris, ſeu argẽtarij. quod cũ ita ſit, vt debitor obligetur, non poterit argẽtario opponere exceptionem nõ numeratę pecunię.
[d] *l. 14. §. 3. Co. de non num.*
[e] i. intra biennium *d. l. 14.*
[f] i. anno 541.

# DE ORDINATIONE episcoporum [g] & clericorum.

## Tit. XX.

## *NOVELL. CONST. CXXXVII.*

*Antonio Contio interprete.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro magiſtro officiorum.

## PRAEFATIO.

SI ciuiles leges, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quãto plus ſtudij adhibere debemus circa ſacrorum canonum & diuinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? qui enim ſacros canones [h] cuſtodiunt, domini Dei adiutorio digni ſunt: qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios. Maiori [i] igitur cõdemnationi ſubiacent ſanctiſſimi epiſcopi, quibus concreditum & commiſſum eſt & canones inquirere & conſeruare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatũ atque impunitum reliquerint. Sanè cùm hactenus canones obſeruati non rectè fuerint, diuerſas ex eo paſſi ſumus interpellationes contra clericos & monachos, & quoſdã epiſcopos, vt qui ſecundum diuinos canones non viuerent, & quidam etiã inter eos inuenirentur qui nec ipſam quidem vel ſanctæ oblationis [k] vel ſancti baptiſmatis orationem tenerent aut ſcirent [l].

Cap. I.

DEi igitur intelligentes & animo infigentes iudiciũ, ſingulorum quæ nobis delata ſunt, inquiſitionem ſimul & correctionem iuſſimus canonicè procedere. Si [m] enim illa quæ à laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem & vindictam manere, quomodo à ſanctis apoſtolis & patribus ſuper omniũ [a] hominum ſalute canonicè ſtatuta deſpici patiemur? Sanè multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quòd [a] non ſunt factæ ſynodi ſanctiſſimorũ ſacerdotum iuxta ea quæ à ſanctis apoſtolis & patribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſeruatum, quilibet metuens grauem in ſynodo accuſationem, ſtuduiſſet vtique & ſacras ediſcere liturgias [b], & temperanter viuere, ne condemnationi diuinorum canonum ſubiaceret. Illud quoque nihilominus quibuſdam peccandi occaſio fuit, quod abſque [c] examinatione, & rectæ fidei atque honeſtatis vitæ teſtimonio ordinantur epiſcopi, presbyteri, diaconi, & cæteri clerici. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati, indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro tranſgreſſionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt? Planè ordinationes ſacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri oportere docet nos & qui inter ſanctos cenſetur Gregorius Theologus, ſequutus ſanctos apoſtolos & diuinos canones. Sic enim in magno Apologetico [d], *Quis* autem (inquit) ſecundum Pauli canones & definitiones ſeipſum dirigens, quas de epiſcopis & presbyteris conſtituit, vt ſicci ſiue ſobrij ſint, modeſti, non vinolenti, non percuſſores, ad docendum idonei, irreprehenſibiles in omnibus, non conuerſantes malis: non multum aberrare ſe inueniet ab illa canonum rectitudine? Idemque rurſum loquitur [e] in hæc verba: Mundari [f] (inquit) oportet primùm, ac deinde mundare: ſapere, ac deinde ſapientiam docere: lucem fieri, & poſtea illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere: ſanctificari, tum ſanctificare: manuducere cũ manibus, conſultare cum conſilio. Et rurſus idem ſanctis connumeratus Gregorius, de iiſdẽ in eadem oratione iſtud ſcribit: Quis inſtar figuli vno ipſo die fictilia ſua tornantis, ita repentè fingat veri cultus antiſtitem, cum angelicis ſtantem, & cum archangelis laudes canentem, & Chriſto conſacrificantem? Et per hæc quidem indicat ille Theologus qualeſnam oporteat ad ſacerdotiũ promoueri. De his autem qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione: Qui cum nihil (inquit) ad ſacrum Dei altare & ſacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius inſudarint & elaborarint, ſimul [g] diſcipuli & præceptores pietatis oſtenduntur: & priuſquam purgati ſint, purgant, heri [h] ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie præſules myſteriorum: veteratores malitia, nouitij pietate: qui ſunt opus atque fabrica humanæ gratiæ, non ſpiritus ſancti. Quòd autem diuini canones prohibent clericos eſſe, qui ſecundam vxorem duxerunt, & inter ſanctos Baſilius [i] docens, ſic ait: Digamos canon miniſterio excluſit (inquit) & ex iis progenitos. Et hæc quidem ſanctus Baſilius. In tantum autem patribus ſacerdotum cura fuit, vt qui Niceæ conuenerunt, canonem [k] ediderint ita habentem: interdixit per omnia magna Synodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductam [l] habere mulierem, niſi fortè aut matrem aut ſororem aut amitam, vel eas tantùm perſonas quæ ſuſpiciones effugiunt.

Cap. II.

HIs igitur quæ ſacris canonibus definita ſunt, inſiſtẽtes, præſentem ſancimus legem, per quã ſancimus, vt quoties vſuuenerit epiſcopum ordinari [m], conueniant clerici & primores [n] ciuitatis cui ordinandus eſt epiſcopus: & propoſitis [o] ſanctis euangeliis ſuper tribus [p]

Margin notes:
[g] de epiſcopis & clericis *Index reginæ.*
[h] canones ſeruandi.
[i] Creſcit delictum ex perſona delinquentis.
[k] τῆς ἁγίας προσκομιδῆς
[l] Nota quoſdã clericos, monachos, imò & epiſcopos, Iuſtiniani ſeculo, ita ignorantes fuiſſe, vt orationẽ ſanctæ oblationis & ſancti baptiſmatis neſcirent.
[m] Habenda eſt ratio eorum quæ cõmituntur aduerſus leges humanas, multo magis & eorũ quæ in diuinas committuntur.
[a] Synodorũ intermiſſio cauſa malorũ in eccleſia fuit. Synodos autẽ annuas intelligit, de quibus vide *Nouell. 123. c. 10. adde c. 36. Cano. Apoſt.*
[b] λειτουργίας.
[c] Corruptela electionis epiſcopalis tẽpore Iuſtiniani.
[d] de fuga ſua in Pontum.
[e] in oratione funebri Athanaſij Alexandrię epiſcopi.
[f] ſed præſtat Græca verba adſcribi, Καθαρθῆναι δεῖ πρῶτον, εἶτα καθάραι, σοφισθῆναι, καὶ οὕτως σοφίσαι. γίνεσθαι φῶς, καὶ φωτίσαι: ἐγγίσαι Θεῷ, καὶ προσαγαγεῖν ἄλλους. ἁγιασθῆναι, καὶ ἁγιάσαι. χειραγωγῆσαι μετὰ χειρῶν, συμβουλεῦσαι μετὰ συνέσεως.
[g] Simul diſcipuli & præceptores.
[h] χθὲς ἱερόσυλοι καὶ σήμερον ἱερεῖς. χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον. Sic Ariſtides in Encomio Romæ, οἱ χθὲς σκυλονόμοι σήμερον ὁπλῖται. Cedrin. χθὲς δοῦλον ἐπιόρκον σήμερον δὲ τυράννων. heri ſeruus, hodie libertus, *vide l. 7. §. 2. in f. ff. de iniurijs.* modo taxeota & buleuta mox ſacerdos *l. 53. C. de epiſc.* heri catechumeus, hodie pontifex: heri in ãphitheatro, hodie in eccleſia: veſperi in circo, mane in altario. Hieronymus ad Oceanum, οὐδὲ ἔσχη μαλισμένην λαμβάναι τὴν χειροτονίαν ὡς ἄρτι μὲν ἰδιώτης, εὐθὺς δὲ κληρικὸς, εἶτα βραχύτι διαλίπων ἐπίσκοπος ἀναφαίνεσθαι *Nouell. 6. c. 1. §. 2.*
[i] *canone* 12. ad Amphilochium: *adde cap. 16. Apoſt.*
[k] *Nicen. ſynod. c. 3.*
[l] συνείσακτον, *Scrimg. v. Nou. 123. c. 29. Nou. 133. c. 3. & quæ not. ad l. 19. C. de epiſ.*
[m] χειροτονηθῆναι.
[n] Clerici & primates ciuitatis eligunt epiſcopum *vt hic, & j. ibi, ipſos elegerint.* & ita, ſi non plebs, priores tamen plebis admiſſi fuerunt ad electionem epiſcopi *d. Nou. 123. c. 1.*
[o] Multa in iure fieri iubentur propoſitis ſacroſanc. euangeliis. electio epiſcopi *vt hic, & Nou. 123. c. 1.* litis vniuerſę diſceptatio atque diiudicatio *l. 14. in f. pr. C. de iud.* alienationes eccleſiaſticæ & ſimiles actus *l. 17. §. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.*
[p] *Nou. 123. c. 1.* Tacitus 4. *Annalium anno* 776. *vrbis* refert, mortuo Flaminio diali moris fuiſſe patricios confarreatis parẽtibus genitos, tres ſimul nominari, ex queis vnus legeretur vetuſto more. Hæc ille, Conſtat in locũ Iudę Apoſtolos,

quòd

perſonis pſephiſmata fieri, & quemque ipſorum iurare ſecundũ diuina eloquia, & ipſis pſephiſmatibus inſcribi, quòd neque [a] per dationem neque promiſſionem vel amicitiam vel gratiam, vel aliam qualemcunque affectionem, ſed quòd ſcientes ipſos rectæ [b] & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ [c], & excedere † trigeſimum ætatis annum, ipſos elegerint, & quòd [d] neque vxorem [e] neque liberos [f] ſciunt aliquem ex ipſis habere, nec pellicem [g] aut filios naturales ſciunt ipſos habere vel habuiſſe, ſed ſi quis eorum prius vxorem habuit, & illam ſolam [h], & neque viduam [i], neque à viro ſeparatam, neque ſacris canonibus aut legibus interdictam. ſed nec muneribus [k] publicis addictum, aut curialẽ aut taxeotam ſiue cohortalem aliquem eorum qui electi ſunt eſſe cognoſcunt, præterquam ſi in monaſterio non minus quindecim [l] annis monachicam vitam ſine vlla calumnia exegerit: ea ſanè obſeruatione quæ antea à nobis dicta eſt, & in talibus perſonis earúmque electione obſeruanda, vt ex tribus ita electis perſonis melior [m] eligatur electione & iudicio ordinandis. Exigi etiam ante omnia ab eo qui ordinandus eſt, libellum [n] eius propria ſubſcriptione complectentem quæ ad rectam eius fidem pertinent. Enunciari [o] etiam ab ipſo & ſanctã oblationis formulam quæ in ſancta communione fit, & eam quæ fit in baptiſmate precationem, & reliquas deprecationes. Iuſiurandum [p] autem ſuſcipere eum qui ordinatur, per diuinas ſcripturas, quòd neque [q] per ſeipſum neque per aliam perſonam dedit quid aut promiſit, neq; poſthac dabit vel ordinanti ipſum, vel his qui ſacra pro eo ſuffragia fecerunt, vel alij cuiquam ordinationis de ipſo faciendæ nomine. Si quis autem præter memoratam obſeruationem epiſcopus ordinetur, iubemus & ipſum omnibus modis epiſcopatu deiici [r], & eum qui contra talem obſeruationem eum ordinare auſus fuerit.

Cap. III.

SI quis autem accuſationem [s] inſtituet contra ordinãdos in epiſcopum, vel presbyterum vel diaconum, vel alium clericum, vel etiam abbatem ex quacũque cauſa, differatur talis ordinatio, & fiat [t] prius inquiſitio accuſationis præſente etiam accuſatore, & ea quæ ab ipſo delata ſunt, vſque ad finem proſequente. Si verò deſiſtat & cõperendinet accuſator, nihilominus is qui ordinationẽ facturus eſt, inquiſitionem diligentiſſimam faciat intra tres menſes: & ſi quidem obnoxium inuenerit eum qui accuſationem ſuſtinet, ſiue contra diuinos canones, ſiue ſecundum noſtras leges, prohibeatur ordinatio. ſi verò accuſator aut præſens non probauerit, aut ſe abſentauerit, ſi quidem clericus ſit, proprio gradu depellitor. ſi verò laicus, competentem coercitionem ſuſtineat. Si autem quis ante examinationem cauſæ ordinauerit accuſatum: tam ordinator quàm ordinatus ſacerdotio exuuntor.

Cap. IIII.

QVando autem quod in canonibus cautem eſt de ſynodis ſanctiſſimorum epiſcoporum per [u] ſingulas prouincias congregandis, hucuſque minimè obſeruatum eſt: illud in primis corrigere eſt neceſſarium. Sancti igitur Apoſtoli & patres definierunt, bis [x] in vnoquoque anno fieri debere ſynodos ſanctiſſimorum ſacerdotum in vnaquaque prouincia, & emergentes cauſas excuti, & competentem accipere correctionem. hoc eſt, [a] vnam quidem in [a] quarta [b] ſeptimanæ ſanctæ Pentecoſtes, alteram verò Octobris menſe. Nos autem inuenientes quòd ex huiuſmodi negligentia [c] multi diuerſis peccatis impliciti ſunt, iubemus omnibus modis vnam [d] ſynodum fieri ſingulis prouinciis. menſe [e] vel Iunio, vel Septẽbri: & conuenire quidem apud [f] beatiſſimos patriarchas, illos qui ab ipſis ordinati ſunt, & qui nõ habent ius alios epiſcopos ordinandi: at apud ſanctiſſimos metropolitas cuiuſque prouinciæ, eos qui ab eis ſunt ordinati. Quo in loco motas lites & interpellationes vel pro [g] fide, vel canonicis quæſtionib. vel adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, vel de epiſcopis & presbyteris, vel diaconis aut aliis clericis, vel de abbatibus, vel monachis, vel de accuſata vita, vel de aliarum rerum correctione, moueri quidem & agitari, & conuenienter examinari, & eorum correctionem ſecundum ſacros canones procedere, & ſecundum noſtras leges.

Cap. V.

NOn ſolùm autem in anniuerſariis ſynodis iſta queri volumus, ſed etiam quoties quidã ſacerdotum vel clericorum vel abbatum vel monachorum accuſabuntur vel de fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud contra ſacros canones admiſſum. & ſi quidem epiſcopus eſt is qui accuſatus eſt, eius metropolitanus examinet ea quæ dicta ſunt, ſi verò metropolitanus ſit, eius beatiſſi. archiepiſcopus ſub quo degit. ſi [h] verò presbyter vel diaconus vel alius clericus vel abbas vel monachus, tunc ſanctiſſimus epiſcopus cui ſubſunt, examinet delatas huiuſmodi querelas: & cùm veritas probata fuerit, vnuſquiſque pro qualitate delicti canonicis pœnis ſubdatur examinantis arbitrio. Hæc autem omnia obtinere volumus non ſolũ in ordinandis poſthac epiſcopis & clericis & abbatibus, ſed etiam in his qui nunc ſunt, & qui ex quibuſcumque cauſis per canones & noſtras leges interdictis accuſantur. Si enim hæc ita obſeruata fuerint, & laici maximum hinc & ad rectam fidem & ad vitæ honeſtatem profectum promerebuntur & percipient.

Cap. VI.

AD hæc iubemus omnes epiſcopos & presbyteros nõ in ſecreto [i], ſed cum ea voce quæ à fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam oblationem [k], & precationem quæ fit in ſancto baptiſmate, facere, vt inde audientium animi in maiorem deuotionem & Dei laudationẽ & benedictionẽ efferantur. Sic enim & diuinus Apoſtolus docet, dicens in priore ad Corinthios epiſtola [l]: Cæterùm (inquit) ſi ſolùm benedicis ſpiritu, is qui idiotæ locũ implet, quomodo tuæ gratiarum actioni ſubiiciet Deo ſanctum illud *Amen*? ſi quidem quid dicas, non nouit: tu autem pulchrè gratias agis, ſed alius non ædificatur. Et rurſus in ea quæ eſt ad Romanos [m], ſic dicit: Corde quidẽ creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſaltem. Idcirco igitur conuenit, vt ea precatio quæ in ſancta allatione [n] dicitur, & aliæ orationes cum voce à ſanctiſ. epiſcopis & presbyteris proferãtur domino noſtro Ieſu Chriſto Deo noſtro cum patre & ſpiritu ſancto. ſcituris religioſiſſimis ſacerdotibus, quòd ſi quid horum contempſerint, & horrendo Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti iudicio rationem reddituri ſunt, & nos iſta cognoſcentes nõ relinquemus quieta & inulta. 1 ¶ Iubemus autem & prouinciarum præſides [o] ſi quid neglectum ex his quæ ſtatuimus inuenerint, primum quidem cogãt metropolitas & alios epiſcopos dictas ſynodos congregare, & omnia implere quæcunquæ de ſynodis per præſentem legem iuſſimus, ſi verò eos morantes nouerint & remiſſos, tunc nobis indicent, vt ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes ſynodos celebrare: ſciturís verò ipſis præſidibus, & obedientibus ipſis officiis, quòd ſi quidem iſta non ſeruauerint, extremis ſubijcientur ſuppliciis. Confirmamus autem & per præſentem legem omnia à nobis diuerſis legib. ſancita de epiſcopis

duos tantum ſtatuiſſe vt in quem eorum ſors cecidiſſet, is apoſtolatu fungeretur, *Act.* 1. *verſ.* 12. *& ſequent.*
[a] *d.c.*1.
[b] fides epiſcopi.
[c] vita epiſcopi.
† Aetas epiſcopi, & ita abrogatur Nouella 123. *c.*1.§.1. qua vetatur epiſcopus eligi, niſi 35. annum exceſſerit.
[d] familia.
[e] cœlibatus.
[f] *d.c.*1.*d.l.*42. §.1.*C.de**
[g] Caſtitas.
[h] Sic apud Gẽtiles, Fortunæ muliebri coronam non imponebat niſi vniuira, ſicut nec matri Matutæ. Pontifex Maximus, & Flaminica nubebãt ſemel Cereris ſacerdotes viuentib. etiam viris & conſentientib. amica ſeparatione viduabantur. *Tertull. libro de Monogamia.*
[i] Nota gradꝰ Remouetur enim hîc ab epiſcopatu adipiſcendo is qui iuſtã vxorem habet, aut pellicem, quiq; ſemel viduam & à viro ſeparatã aut ſacris canonibus interdictam ſemel duxerit. [k] Quemadmodum muneribus publicis addicti curiæ, ordini & cohorti eligi poſſint, *adde l.*3. *C.de epiſc.* [l] Nota genus purgationis. [m] *Nou.*123.*c.*1.§.1. [n] Ordinandus in epiſcopũ tenetur libellum fidei ſuæ de ſcripto offerre. [o] Ordinandus recitat formulã ſanctæ oblationis ac communionis, baptiſmi, & ſimiles orationes. [p] Ordinandus iurat ſe nullo pretio dato aut promiſſo eligi. [q] & meritò, cum Antiſtes non pretio ſed precibus ordinetur: queratur cogendus, rogatus recedere debeat, inuitatus effugere *l.*31.*C.de epiſc.* eodem modo, Alexander Seuerus Præfectum prætorio fecit, qui ne fieret, fugerat: dicens, *Inuitos, non ambientes, in republica collocandos* [r] Multi igitur hoc tempore deiiciendi ſunt à ſuo epiſcopatu. [s] Ad eundum modum Alexander Seuerus vbi volebat vel rectores prouinciis dare vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis. dicebátque graue eſſe, cùm id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotib. qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita, *Spartianus in Seuero.* [t] *Nouell.*123.*c.*2. [u] nota de ſynodis prouincialibus. [x] nota de ſemeſtribus ſynodis aut bis annuatim olim celebratis, *vide cap.* 36. *Canon Apoſtol.*

[a] Quo tẽpore ſynodi anniuerſariæ, ſeu annuæ fierent.
[b] Quarta ſeptimanæ, dies Mercurij, *v.l.*22.§.1. *Co. de epiſc. aud.*
[c] Vileſcunt enim atque negliguntur, quæ fiunt ſepiſſimè.
[d] Nota de ſynodis annuis ſeu annuatim faciẽdis.
[e] Quib. tẽporibus ſynodi annuæ cogũtur. Veſtigia huius antiquitatis etiã durant. Galli eiuſmodi ſynodos *Sennes* vocant *adde Nou.*223.*c.*10.
[f] apud quem cogantur ſynodi aniuerſariæ.
[g] quibus de rebus agerentur in ſynodis annuis, *adde c.*5.*j.*
[k] Nota ordinem, De presbyteris, diaconis, clericis, abbatib. monachis cognoſcit epiſcopus: de epiſcopo, metropolitanꝰ: de metropolitano archiepiſcopus.
[i] Secretò pronunciare, eſt apud ſe. ídq; vetatur.
k προσκομιδὴν.
[l] *cap.* 14. *verſic.*16.
[m] *cap.*10.*verſic.*10.
[n] προσκομιδῆς. Iuſtinianus ſuperius dixerat ad ſe perlatum, etiam epiſcopos quoſdam electos fuiſſe qui ſacræ cõmunionis, ſeu oblatiõis, & ſacri baptiſmatis, & ſimiles orationes ignorarent, *hac Nouella in fine prin.* ideóque vt huic morbo occurrat, iubet, ordinandum epiſcopum eas orationes prius recitare *cap.*2.*ſupr.eodem.* Eo ampliùs, vt ſiue baptiſmus, ſiue communio celebretur, vtraque oratio palàm, & audiente & intelligente populo recitetur. eóque refert integrum caput 14. epiſtolæ 1. *ad Corinthios.* [o] Prouinciarum præſides, epiſcopos, metropolitanos & archiepiſcopos negligentes, cogere poſſunt ad ſuum munus implendum.

& preſbyteris & cæteris clericis, ad hæc & xenodochis & orphanotrophis, & cæteris quicumque venerabilibus locis præſunt.

## EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem manifeſtata ſunt legem, tua claritudo per prothemata in cō ſuetis locis regiæ ciuitatis affixa in cognitionem omniū perducere feſtinet, & manifeſta facere omnibus qui prouinciis præſunt. Dat. X. Kal. Mart. Conſtant. DN. Iuſt. PP. A. Baſ. V.[a] C. Conſ.

## DE[b] VSVRIS SVPRA[c] duplum non computandis.

### Tit. XXI.

### *NOVELL. CONST. CXXXVIII.*

Imperator Iuſtinianus PP. Auguſtus Hermogeni Magiſtro officiorum.

MAnifeſtiſſima eſt noſtri nominis cōſtitutio[d], quæ vſque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alij adhuc minus conſequuti ſunt: hi quidem qui in duplum ex vſurarum quantitate per diuerſa tempora cōſecuti ſunt, nullam aduerſus te inquietudinem proponere concedantur: alij autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint, fœneratitias cautiones recuperare, vel ſi remanſerint, ſuis virib. vacare, ſi[e] preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus.

## INDVLGENTIA ILLICITE contractarum nuptiarum.

### Tit. XXII.

### *NOVELL. CONST. CXXXIX.*

In nomine domini Ieſu Chriſti Dei noſtri. Imp. Cæſar, Flauius, Iuſtinian. Auguſt. Floro.

## PRAEFATIO.

REtulit ad nos gloria tua, incolas Syndios pagi, neque non Hebræos in Tyro inſula, illicitis contractis nuptiis, in ſacram noſtrā incidiſſe conſtitutionem[f], nec ſecundum ea quæ de hoc conſtituta ſunt, quartam bonorum ſuorum partem inferre: iámque[g] ex iis nonnullos in tertia ætate conſiſtere, & filiorum patres eſſe, ac propterea cum lachrymis ſupplicaſſe, ne nunc tandem vxores à ſe dimittere[h] compellantur: ſed vt tam ipſas retineant: quā qui[i] ex ipſis procreati ſunt filij, aut procreabuntur, ſucceſſores eorum exiſtant: neque vllam exinde reuereantur pœnam.

### Cap. I.

SAncimus igitur, vt pro huiuſmodi indulgentia propter præfatas cauſſas ſinguli denas auri libras præbeant, ipſiſque vel ſolis maior illa pœna remittatur, & tam vxores, quàm qui exinde nati ſunt, & (vt poteſt fieri) poſtea naſcentur, ſucceſſores habeant, neque id à nobis in exemplum[k] aliis ſancitum intelligatur: ſed quocumque alio ſcituro, quòd ſi quid tale petierit: vltra hoc quod petitis non potietur, etiam facultates amittet[l], atque inſuper corporalibus pœnis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his qui à nobis noſtra dignati ſunt indulgentia, aut eorum vxoribus exiſtentibúſve vel futuris filiis, aut bonis, ſiue ex iudiciaria ſententia, ſiue alio quocumque modo inquietudinem inferat.

[a] i. anno 541.
[b] hanc conſtitutionem reſtituit P. Pithœus. Extat eadem, ſed alia forma, apud Haloandrum. apud quem hoc ſecundum caput legitur, ὅτι πᾶσα θεία καὶ βασιλικὴ ἑρμηνεία ἰσχὺν ἔχει νόμου. quod cōuenit legi 43 *ff. de vulgari.*
[c] *adde Nouel.* 121.
[d] *d. Nouel.* 21.
[e] Solet hæc clauſula reſcriptis inſeri, Si preces veritate nitūtur, de qua vide *l. 7. C. de diuer. reſcrip. princip.*
[f] i. *Nouell.* 12. *cap.* 1.
[g] *adde l. 57. ff. de ritu. & Nouell.* 154.
[h] Eſt enim dura ſeparatio vxoris a marito.
[i] Multum tribuitur precibus parētum numeroſam prolem habētium: adeo vt eorum nomine parentes nuptias ſuas retineant, alioquin illicitas *d. l.* 57. & cōfiſcatio bonorum etiā eis interdum remittatur ea de cauſa *l. 7. §. 3. ff. de bō. damnato.*
[k] Indulgentiæ, non trahuntur in exemplum.
[l] Pœna poſtulantis ius retinendi illiciti coniugij, quod multis locis hodie non obſeruatur, cùm diſpenſationes concedantur ad matrimonia cōtrahenda intra gradus prohibitos. Quod ꝓbari hac Nouella nullo modo pōt. Nam ſi puniuntur qui reſcripta poſtulant ad retinendas eiuſmodi nuptias, multo magis puniendi qui ad contrahendas. Fauetur enim magis retentioni, quam nouis petitionibus.

## EPILOGVS

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtrā declarantur legem, quæ & vigorem habet ſpecialis noſtri indulti, ea ſtudeto gloria tua effectui & fini tradere.

## VT CONSENSV MAtrimonium ſolui poſſit. †

### Tit. XXIII.

### *NOVELLA CONSTIT. CXL.*

## PRAEFATIO.

NIHIL in rebus mortalium perinde[a] venerandum eſt, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omniſq; deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod regiones atque ciuitates frequentes reddat, vnde deniq; optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Quocirca coniugibus matrimonia adeò fortunata optamus, vt nunquam aduerſo numine inita eſſe videri queant, neque illi citra iuſtam diſſoluendi matrimonij cauſam à ſe inuicem recedat. Verùm, quoniam vt in omnib. hoc ſeruetur, perquàm id difficile eſt, (vt enim in tanta multitudine non aliquæ atroces irreconciliabiléſque inimicitiæ incidant, prorſus impoſſibile eſt) par eſſe putauimus, vt huius rei remedium aliquod comminiſceremur: præcipuè verò, vbi puſillanimitas eò ꝓgreſſa ſit, vt quod odium inter coniuges obortum fuerit, mitigari & componi nequeat. Pro veteri[b] ſanè iuris ratione fas atque licitum fuit, vt iſtiuſmodi à ſe inuicem recederet, dummodo id cōmuni[c] voluntate atque conſenſu facerent. Adeò verò, vt multæ leges eſſent, quæ hac de re & agerent & cōſtituerent: cum etiam talem matrimonij diſſolutionem bona gratia[d] fieri patria[e] lingua dicerent. At poſtmodū à patre[f] noſtro ſacratiſſimo principe, (qui pietate atque ſapientia omnes quotquot vnquam imperarunt, ſuperauit) dum ad benignum ſuum atque firmum propoſitum reſpiceret, nec non ad aliorum etiam miſerum & puſillanime conſilium oculos conuerteret, ſcripta lex[g] eſt, quæ conſenſu matrimonia ſolui vetat. Quam ſanè nos etiam obtinere, atque in ſuo vigore manere magnopere velimus. Verùm permulti nos adierunt, qui matrimoniū quo inter ſe nexi eſſent, mutuò odiſſent atq; auerſarētur, & (id quod dolendum valde, ac alioqui moleſtia mœroréque plenum eſt) propterea belligeratum domi pugnatúmque eſſe per criminationem exponerent, ideóque matrimonium ſolui peterent, tametſi[h] cauſas, ob quas tuto id illis facere lex concederet, nullas afferre poſſent. Nos verò aliàs monendo, aliàs minis terrendo, vt à mutuo inter ſe, eóque citra cauſſam ſuſcepto odio deſiſterent, & ad concordiam proclinarent, animíſque inter ſe pacatis eſſent, illorum in his deſiderium feſtinationemque ad tempus ſuſpendimus. Sed nihil profecimus. Eos ſiquidē qui violento affectu odióque ſemel correpti fuerint, perquā eſt difficile[i] reconciliare. Contigit enim, vt ex his nonnulli ad mutuas inſidias procederent, veneníſque, & aliis quibuſdam quæ lethalia eſſent, vterentur: in tantum, vt ſæpe neque liberi, qui ipſis communiter nati eſſent, illos in vnam eandemq; voluntatem coniungere potuerint.

### CAP. I.

QVum itaque hæc à noſtris temporibus aliena iudicaremus, ad præſentem ſacram legem reſpeximus, per quam ſtatuimus, vt prout olim[k] iuris fuit, matrimoniorū ſolutiones ex conſenſu fieri liceat[l], & ne amplius patris noſtri ſanctione in eos qui conſenſu matrimonia dirimunt, conſtitutæ pœnæ in vſu ſint. Si[m] namq; mutua affectio matrimonia conficit, meritò[n] diuerſa voluntas eadem per conſenſum dirimit, modò hanc miſſi repudij libelli ſatis declarent. Ceterùm illud manifeſtum ſit, quòd alia omnia quæ legibus, & præcipuè ſacris noſtris patris noſtri conſtitutionibus de matrimoniis liberis, & cauſis per quas dirimere matrimonium permiſſum eſt, aut de iis etiam qui nulla de cauſa (non tamen ex communi voluntate & conſenſu, quo modo præſens noſtra lex conſtituit) matrimonium ſoluunt,

† Reducitur ius vetus legis 60. 61. 62. *ff. de don. inter vir. Nou.* 22. *c.* 4. abrogata Nouella 117. *c.* 10. Eſt tamen hæc Nouella Iuſtini non Iuſtiniani. Eadē extat ĵ. inter conſtitutiones Iuſtini, quā non poſſis niſi iniuſtā & iniuſtiſſimā dicere, *l. 8. C. de repudijs.*
[a] Laus matrimonij.
[b] Ius vetus repudiorum & diuortiorū.
[c] non altero inuito.
[d] Bona gratia dicitur matrimoniū diſſolui, quoties diſſoluitur volentib. cōiugibus. Tinnius, quāta ſtultitia cupidinis: petunt conſilium bona gratia, vt parui faciatur. Bona gratia. Idē eſt quod Tertullianus *in libro de Monogamia* amica ſeparatione viduari. Vt ad rem redeam, diſſoluitur matrimonium bona gratia, interdū ex cauſa, vt *d. l.* 60. 61. 62. interdum ſine iuſta cauſa vt hic.
[e] i. Romana, *Nouell. 7. c.* 1. *Nouell. 22. ca.* 2. *Nouell. 30. c. 5. Nouel.* 69.
[f] i. Iuſtiniano.
[g] *Nouell.* 22. *cap.* 4.
[h] i. etiam ſine iuſta cauſa mutuo tamē conſenſu poteſt matrimonium diſſolui.
[i] *Nouell.* 22.
[k] Iure veteri inter volentes, quauis de cauſa, permiſſum repudiū.
[l] i. mutuo conſenſu matrimonia poſſunt diſſolui conſtitutione hac Iuſtini.
[m] Cauſa dubitandi ſumitur ex his quæ dicuntur in lege 35. *ff. de regul. iur.*
[n] Imò non rectè *l. 8. C. de repud.*

ſoluunt, & de cõſtitutis in illos pœnis cauta ſunt, ex præſenti etiam noſtra lege obtinebunt, ſuamque per omnia vim habebunt.

## EPILOGVS.

¶ Proinde quæ à nobis in publicum vſum producta ſunt, & per præſentem ſacram declarantur legem, gloria tua conſueto modo per regiam hanc vrbem omnibꝰ manifeſta reddi iubeto. Datum 17. Kalend. Octob. Conſtantinop. Imp. DN. Iuſt. PP. Aug. anno I.[a]

## EDICTVM DE HIS QVI LVXVRIantur contra[b] naturam.

Tit. XXIII.

*NOVELL. CONST. CXLI.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Conſtantinopolitanis.

### PRÆFATIO.

CVM ſemper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cum propter peccatorum noſtrorum multitudinem varijs ipſum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minitatus eſt, & clare oſtendit, quibus ſecundum peccata noſtra digni eſſemus: tamen clementer nobiſcum egit, iramque ſuam in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, vt qui nolit[c] mortem noſtram peccatorum, ſed conuerſionem & vitam. Quapropter iuſtum non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis, ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum, iram nobis in die iræ accumulemus. ſed cùm omnes improbis ſtudijs, & actionibus abſtineamus, tum verò maximè, qui abominabili illa, & merito Deo exoſa atq; impia actione computruerunt. Loquimur autem de ſtupro maſculorum, quod nonnulli mares ſacrilego, & impio auſu præſumunt, cum [d] maſculis perpetrantes turpitudinem.

### Cap. I.

SCimus etenim, ſacris ſcripturis edocti, quàm iuſtum Deus ſupplicium his, qui olim in Sodomis[e] habitabant, propter hunc ipſum in commiſtione furorem intulerit, vt in hunc vſque diem ea terra igni conflagret inextinguibili: Deo per hoc nos erudiente, vt legibus contrariam hanc actionem auerſemur. Rurſum ſcimus, qualia de huiuſmodi diuus dicat Apoſtolus[f], qualiaque reipublicæ noſtræ leges promulgent. Vnde omnes, qui timori Dei intenti ſunt, conuenit, vt à tam impia & ſceleſta actione abſtineant, quam ne[g] in brutis quidem animantibus admiſſam reperire eſt. Et qui quidem nihil tale ſibi conſcij ſunt, hi & in poſterum eo ſe pacto conſeruent. Qui verò hoc morbi genere contabuerunt: illi non ſolum de cætero peccare deſinant, ſed etiam ritè agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatiſſimo patriarchæ renuntient[h], rationemque curationis percipiant, & (prout ſcriptum eſt) fructus producant pœnitentiæ, vt benignus Deus pro opulentia miſerationum ſuarum dignetur nos quoque benignitate: & omnes illi agamus gratias de pœnitentium ſalute, quos modo iuſſimus, vt etiam magiſtratus perſequerentur, conciliantes ſibi Deum, qui merito nobis iraſcitur. Et quidem ſcientes prudenteſque ad ſanctorum dierum reuerentiam benignum Deum obſecramus, vt ita hi, qui impiæ huius actionis cœno coinquinati ſunt, pœnitentiam capeſſant, ne alia nobis perſequendi eius flagitij præbeatur occaſio. Prædicimus autem omnibus deinceps, qui huiuſmodi alicuius ſibi peccati conſcij ſunt, niſi peccare deſierint, & ſeipſos renunciantes[i] beatiſſimo patriarchæ, ſalutis ſuæ curam geſſerint, pro tam impijs actionibus Deum intra ſanctum feſtum placantes: quod acerbiora[a] ſibi accerſent ſupplicia, nimirum qui nulla de cætero venia digni habebuntur. Neque enim de eius rei inquiſitione ac correctione quidquam relaxabitur, negligentiúſve tractabitur contra eos, qui intra ſanctum feſtum ſe nõ detulerint, aut in tam impia actione perſtiterint: ne ſi omiſſo circa id animo ſimus, Deum contra nos irritemus, quòd cæcutientibus oculis tranſmiſerimus actionem tam impiam, ac prohibitam, & quæ maximè idonea ſit, vt bonum illum Deum in omnium perniciem ad iram prouocet. Proponatur Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Datum Id. Martij, Conſtantinopol. DN. Iuſtin. PP. Auguſt, anno XXXII. poſt Baſilium V. C. Conſ. anno XVIII.[b]

## DE HIS, QVI EVNVCHOS faciunt †.

Tit. XXIIII.

*NOVELL. CONST. CXLII.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Marthanæ.

### PRÆFATIO.

SVPPLICIA, quæ ab aliquot retrò[c] principibus contra eos, qui eunuchos facere auderent, conſtituta ſunt: omnia ſanè manifeſta exiſtunt. Ex quo enim nonnulli rationem ſalutis ſuæ nõ habentes, ante paruum admodum tempus auſi ſunt tam impium in ſe delictum admittere: propterea & nonnulli meritas de ſe dederunt pœnas, alij poſt irrogata ſupplicia [d] etiam in exilium miſſi ſunt. Verum enimuero quia ne ſic quidem à tam impia actione temperatur, ſed in tantam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, vt ſæpenumero è multis vix pauci euadant incolumes, vſq; adeo, vt quidam ex his, qui ſeruati fuerunt, ſub noſtro aſpectu depoſuerint, è nonaginta ægrè[e] tres ſeruatos eſſe, quis obſecro in tantum ſalutis ſuæ contemptor exiſtit, vt hæc deſpiciat, & inulta relinquat? Nam ſi leges noſtræ eos etiam, qui gladium contra aliquem diſtringunt[f], ſupplicijs ſubdunt: quomodo impunè cõniuentibus præterire oculis poſſimus tot perpetratas cædes, & factum contra Deum pariter & leges noſtras præſumptum? Inde adeò neceſſarium duximus eos, qui huiuſmodi facere auſint, exquiſitius per hanc legem perſequi.

### Cap. I.

SAncimus igitur, vt qui in quocunque reipublicæ noſtræ loco, quamcunque perſonam caſtrare præſumunt, aut etiam præſumpſerint[g], ſi quidem viri ſint,

[a] i. anno 556.

[b] περὶ ἀσελγαινόντων *Scrimg.* adde Nou. 77. 20. *Leuit.* 13. *Exo.* 22. περὶ ἀσελγωνίᾳ τῶν ἀρσενοκοιτῶν 60. *Eclo.* 39. §. 4. *Inſt. de public. iudi. l.* 31. *Cod. de adult.* Collatio legũ Moſaicarũ tit. 5. de ſtupratorib. & ita quoq; hic titulus conceptus eſt in Indice Reginæ: 6. *Harme.* 4. *cap.* περὶ ἀσελγῶν & c. περὶ ἀλογευομένων: *Clar.* 5. §. *Sodomia: Boſſius* 23. *quæſt. Petrus Gregorius* 36. *ſynt.* 10.

[c] Deus non vult mortem peccatorum.

[d] ἄρρενες ἐν ἄρρεσι Scri. ἄρσενες ἐν ἄρσεσι Rom. 1. *verſ.* 27.

[e] 19. *Geneſ.* 24. 29. *Deut.* 23. 13. *Eſa.* 19. 40. *Ierem.* 56. 16. *Ezech.* 49. 4. *Amos* 11. 17. *Lucas* 29. 2. *Petr.* 2. *verſ.* 6. *Idem verſ.* 7. *adde Nouel.* 77. c. 1.

[f] *Rom.* 1. *ver.* 27. 28. 29.

[g] De obbruteſcentibus v. 6. *Harmenop.* 4. c. περὶ ἀλογευομένων: *adde quæ dixi ad Nouell.* 77. *Petrum Gregoriũ* 36. c. 14. *Leui.* 20. *Exo.* 23. *cap. mulier* 15. *qu.* 1. *c. hoc ipſum* 33. *q.* 2. *Rolandum à Valle* 1. *conſil.* 7. *Clar.* 5. *ſentent.* § *fornicatio verſicul. cum animali bruto.* [h] *vt infr. eodem* Innuit vt opinor quoddam genus confeſſionis auricularis aut certè tacitæ. [i] dic *vt* ſ. *eodem.* Notari tamen hic obiter poterit. Magiſtratus interdum ſibi adquiſiuiſſe ius commutandarum pœnarum in atrociſſimis etiam delictis *vt hic.* Commutandarum, inquam, cum remittant confitenti pœnam Sodomitis debitam. *vt hic.*

[a] quæ? morte puniuntur lege diuina *Leuit.* 20. gladio §. 4 *Inſtit. de publicis iudicijs: l.* 31. *Co. de adulterijs.* ꝙ etiam receptum fuit apud Athenienſes *Aeſchin. contra Timarchum:* apud Gothos caſtrabãtur *l.* 8. *Co. Vuiſigotti de inceſtis li.* 3. *tit.* 5. Valentinꝰ, Theodoſius & Arcadius iubent comburi *l.* 6. *C. Theo. adul.* ex qua emendandum eſt fragmentum collationis legum Moſaicarum *titu.* 5. eamque pœnam vſus adprobauit v. *Clar.* 5. *ſent.* §. *Sodomia ver. ſed quæro.* Iam id genus vitiorum lata antea fuerat lex Scatinia vel Scantinia. Cœlius apud Ciceronem 8. *epiſt.* 12. inſolentiſſimi homines, poſtulandum me lege Scantinia curant. Cicero 5. *Philippica.* hinc Scatiniæ leges. Suetonius in *Domitiano cap.* 8. Quoſdam ex vtroque ordine lege Scatinia condemnauit. Tertullianus *libro de monogamia* Vthicenſis ille veſter nec Scantiniam timuit. Iuuenalis *Satyr.* 2. citari Ante omnes debet Scatinia. Auſonius *Epigrammat.* 88. ſemiuir ipſe Scatiniam metuens non metuit Titiam: tribuni plebis Caij Scantinij meminit Valerius 6. cap. 1. cui diem à Marcello dictam refert, quòd filium Marcelli de ſtupro appellaſſet: eumq; tandem ſub vno teſte damnatum. Pœna legis Scantiniæ non erat capitalis, ſed decem millium *Quintilian.* 4. *ca.* 2. 7. *c.* 5. *in fin.* de hac lege vide quædam apud Plutarchum *in Marcello.* nec mirum hoc crimen pecunia multatum. Refert enim Seneca 4. *Controuerſ.* ex ſententia cuiuſdam, impudicitiam illam in ingenuo crimen eſſe, in ſeruo neceſſitatem, in liberto officium. [b] id eſt, anno 544. † *Nouell.* 129. 4. *Co.* 42. Domitianus caſtrari mares vetuit *Sueton. in Domitian. c.* 7. eoq; pertinet illud Martialis *Epigram.* 6. ad Domitianum, Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ: Luſus & immeritos execuiſſe mares. Vtraque tu prohibes Cæſar: Leo *Nouella* 60. hanc pœnam abrogauit. [c] Extant etiam Senatuſconſulta aduerſus caſtratores *leg.* 3. §. 4. *leg.* 6. *de ſicarijs.* extant & edicta principum, Domitiani *Sueton. in Domitiano capit.* 7. *Dion in Domitiano.* Neruæ, Adriani *leg.* 4. §. 2. *leg.* 5. *ff. de ſicarijs.* [d] *dicam de pœnis infr.* [e] Periculum in quod conijciuntur ij qui caſtrantur. [f] Nemo diſtringere gladium in aliquem impune poteſt. [g] Caſtrabant autem vt plurimum ſeruos *d. leg.* 6. idque libidinis aut promercij cauſa *d. l.* 3. §. 4. *Paul.* 5. *ſent.* 23. §. 4. faciebantque caſtrando pretioſiores *l.* 27. §. 28. *ff. ad leg. Aquil.*

† Caſtratur, qui alium caſtrauit *Vt hîc:* hæc eſt pœna talionis. Sic Gallienus cū quidam gemmas vitreas eiusvxori pro veris vēdidiſſet, ſurripi quaſi adLeonem venditorem iuſſit, deinde cauea caponem emitti. mirantibus cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iuſſit, *Imposturam fecit & paſſus eſt.* His adde quæ ſcripſi de talione *Nouell.60.ca.1. in fin.* locum elegantem ex Galeni 6. de Hippocratis & Platonis Placitis relatum à Cuiacio 7. *obſerua.14.in fin.* Sed hanc pœnam caſtratorū ſuſtulit Leo *Nouella 60.* vbi *dicam de pœna caſtratorum.*

qui hoc facere præſumpſerint, aut etiā præſumunt: idem † hoc, quod alijs fecerunt, & ipſi patiantur. & ſi incolumes euaſerint: tam bona eorum addicantur [a] fiſco per eum qui pro tempore magiſtratum obit gloriæ tuæ: quam ipſi mittantur in Gypſum [b], vbi locorum per omne vitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. Sin verò mulieres ſint, quæ id egerint: afficiantur & ipſæ ſupplicio, & bona earum per eum qui pro tempore gerit magiſtratum tuum, addicantur fiſco, mittanturque in exilium: vt [c] ex quo putauerint, aut putant impium ſe lucrum aſſecuturas, ex eo ſupplicia ſimul & bonorum ſuorum amiſſionem ſuſtineant. Porro & eos qui ad hoc mandatum [d] dederint obtulerintve perſonas, aut etiam domos [e], vel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut præbent, ſiue viri ſint, ſiue mulieres, eadem ſubire ſupplicia iubemus, vtpote qui iniuſtæ huius actionis teſtes facti ſunt.

## Cap. II.

VErum ipſos caſtratos tametſi à vetuſtioribus temporibus liberos eſſe oportebat: iubemus tamen, vt qui iā inde à decima indictione nunc ineuntis menſis per quemcunq; in locis noſtrę reipublicæ caſtrati fuerint: liberi [f] ſint, neque vllo modo aut quouis genere contractus in ſeruitutem retrahantur: neq; item inſtrumentum de ipſis vel publicum, vel priuata manu cōſcriptum quocumque tandem modo aut per fraudem factum aut fiendum, valeat. Sed neque inquirendi illorum ſtatus cauſa cognitiones, quæ anacriſes [g] dicuntur, de iſtiuſmodi perſonis interponantur, aut interpoſitæ valeant. Sed & omnes eos qui tali contractui in poſterum miniſterium [h] præbent, ſuperius traditas ſubire pœnas iubemus. Præterea ſi vſuueniat, vt ſeruus propter morbum [i] caſtretur: iubemus, vt & ille libertatem nanciſcatur. Qui enim initio liberi erant, eos probabile eſt, cùm in hoc genus morbi inciderint, ſui poteſtatem habuiſſe, vt quod vellent, ſibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, vt in noſtra republica caſtrati iam inde à memorato tempore, apud quamcunque perſonam ſint, liberali cauſa adſerantur manu, & liberi ſint, neque vnquam in ſeruitutem retrahantur. Cæterùm ſi qui eorum poſt præſentem noſtram legem aliquos detinere apud ſe caſtratos præſumpſerint: damus etiam ipſis caſtratis licentiam, nimirum qui ſemel ex præſente noſtra lege libertatem promeruerint: vt hîc quidem maieſtatem Imperatoriam, & ſanctiſſ. pro tempore patriarcham adeant, neque non apud glorioſiſſim. Imperij noſtri proceres relationem ea de re inſtituant, in prouincijs verò apud religioſiſſimos locorum epiſcopos & harum præſides: quo magis prouidentia omnium noſtrorum magiſtratuum, & periculo obtemperantium ipſis cohortium (ſiue Conſtantinopoli, ſiue alibicunque locorum noſtræ reipublicæ) his ſecundum libertatem dentur vindiciæ [k], libertaſque ex præſente noſtra lege ipſis largita conſeruetur. Nam tot cædes conniuentibus oculis accipere per cauſam eorum, qui talia in noſtra præſumunt republ. neutiquam ſuſtinuerimus. Si enim barbari [m], ſimulatque noſtra de hoc audierunt mandata, hæc cuſtodierunt: quomodo tandem permittemus, vt poſt tot retro principum ſanctiones tale quid denuò delinquatur, & inultum relinquatur in noſtra republica.

[a] vide quæ dicam ad Nouellam Leonis 60.

## EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram generalem declarantur legem, ea tam hîc, quam in prouincijs gloria tua manifeſta pariter faciet & conſeruabit. Datum XV. Kal. Decembr. domino Iuſtiniano perpetuo Auguſt. Baſilio [n] viro clariſſimo Conſule.

[b] Gypſus, inſula *Nouell. 22.c.8.*

[c] Auarus nimium, ſpoliatione bonorum omnium hîc priuatur. [d] Mandator ſceleris punitur *l.15.ff.de ſicarijs: l.24.ff.de iure fiſci.* [e] Domum præbens ad delictum committendum punitur *Vide leg.8.l.9.ff.de adult. Nouell.14.§.1. Nouell.42.cap. Vltim. Nouell.58.* [f] Huic vicinum eſt quod quæri ſolet, An caſtratus teſtari poſſit. de quo dicam ad 5. *Cod. qui teſtament.* [g] Anacriſis *hic & leg. 6.ff.de cuſtod.* Interrogatio reo vel de reo facta. *Interrogations enqueſtes, informations.* Libellus rei dicitur in lege *6.§.9.ff.de iniuſto.* Sic Feſtus ad Agrippam *Actor. 25. Verſicul.6.* de quo (id eſt, de Paulo) quod ſcribam domino (id eſt, Cæſari) non habeo. quapropter produxi eum ad vos & maximè ad te rex Agrippa ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τι γράψαι. Poſſis tamen dicere, ἀνακρίσεις hic eſſe cognitiones de ſtatu. [h] Miniſtri delictorum puniuntur. [i] Qui ſeruum caſtrat liberum facit *hîc.* [k] *Qu'ls ſoyent maintenus en poſſeſſion de leur liberté:* vindiciæ, *maintenue ou recreance.* Huic contrarium, vindicias abdicere. *lege 2.§.24.ff.de origine iuris.* [l] De Abaſgis hoc intelligendum eſt. de quibus vide Euagrium 2.

[n] i. anno. 541.

## DE MVLIERE RAPTVM [a] paſſa.

## Tit. XXV.

## *NOVELL. CONST.* [b] *CXLIII.*

Imper. Iuſtinianus Auguſtus Areobindo glorioſiſſ. prætoriorum præfecto, expræfecto almæ vrbis, & exmagiſtro militum.

[a] *adde Nouell. 50.* de ea quæ raptori ſuo nubit *l. Vn. Co. de raptu 9. lib. 13.* [b] hæc conſtitutio eſt Latina.

LEGIS interpretationem [c] culmini tantum principali competere, nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoq; legis auctoritatem fortunæ ſibi vindicet eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſiue iam deſponſatæ fuerint, vel maritis coniunctæ, ſiue non, vel etiam ſi viduæ ſint, legem antea poſuiſſe: & capitis [d] ſubieciſſe ſupplicio non tantum raptores, verùm etiam comites eorum: nec non alios, qui eis auxilium tempore inuaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantum parentibus mulierum, verum etiam conſanguineis, & tutoribus & curatorib. huiuſmodi dediſſe per eandem legem vindictam, & præſcriptis pœnis locū dediſſe, ſi iam nuptæ vel deſponſatæ mulieres rapiantur: cùm non ſolùm raptus mulieris, verum etiam adulterium per huiuſmodi temeritatem committitur. Et ſuper alias pœnas raptoris etiam, necnō aliorum qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri vindicari, per eandem legem præcipimus, vt dotis etiam marito legitimo dandæ copia per raptoris ei miniſtretur ſubſtantiam. Illo quoq; ſpecialiter adiecto, vt nulla ſit mulieri vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere [e] matrimonium, ſed cui parentes voluerint (excepto raptore) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa, raptoris ſe coniungere matrimonio. Sed parentes etiam, ſi tali conſenſerint matrimonio, deportari [f] præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem ſiue volentem ſiue nolentem: & ſi raptoris matrimonium cōtra noſtræ conſtitutionis tenorem amplexa ſit: debere tamen eam raptoris habere ſubſtantiam, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento fortè, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, hi prædictæ legis ſeriem intelligere non potuerunt. Qui enim tale ſtare matrimonium, & ſi rapta voluerit, ꝓhibuimus, & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubiecimus pœnæ, ſi huiuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo [g] raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmijs honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem vel in poſterum reſecantes, priorem per præſentem legem interpretari cenſuimus. Sancimus itaq; ſi rapta mulier, cuiuſcumq; ſit conditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus: nec [h] ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hæreditatem ſuſcipere, vel quocumq; modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, vt raptoris, & eorum qui ei auxilium tempore inuaſionis prębuerint, bona [i] vindicet: hoc ad parentes, ſi ambo vel vnus ſuperſit, qui nuptijs ſpecialiter non probantur conſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo iure transferri, & patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem, quæ coniugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri quas ſuperius nominauimus, ei non conſentientes coniugio. Nam nefarios huiuſmodi coitus pœnis corrigi, non [k] præmijs honorari conuenit. Quod ſi parentes iam deceſſerunt, vel huiuſmodi ſceleri cōſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fiſci iuribus vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verùm in præteritis etiam valere, ſancimus, tamquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali à nobis promulgata fuiſſet, præfecte chariſſime atque amantiſſime.
1 ¶ Quæ igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua celſitudo effectui mancipari, obſeruariq; præcipiat [l].

[c] *l.1.C.de legibus.*

[d] Pœna raptꝰ, capitalis *d.l.Vn.§.2.adde Clarum 5. ſent. §. raptus 15.*

[e] Rapta raptori nubere prohibetur. addunt quidā exceptionem, niſi prior diſſenſio tranſeat in ſecundum conſenſum *C. pen ult. c. Vl. extra de raptorib. l. 2. C. de his quæ Vi met. Vide Gayllum 2. obſer. 28.*

[f] Parens conſenſum præſtans filiæ vt raptori nubat, deportatur.

[g] Ex illicito matrimonio nullus cōiugum poteſt fructum ſperare *V. l. 6. C. de inceſtis.*

[h] Pœna mulieris nubentis raptori.

[i] Bona raptoris cui cedāt.

[k] Delictis, pœnę nō præmia ꝓponuntur. & econtra virtuti præmia, non pœnæ *l. Vlt. C. de ſtatuis.*

[l] Dat. Kalen. Iun. CP. Imp. DN. Iuſt. PP. Auguſt. anno 36. poſt Coſ. Baſil. V. C. anno 22. *Cui. hic* i. anno 548.

DE SA-

[a] Vide Nouel. 129. hæc conſtitutio eſt Iuſtini non Iuſtiniani vt j. dicemus.

# DE SAMARITANIS[a].

## Tit. XXVI.

### *NOVELL. CONST. CXLIIII.*

### PRÆFATIO.

VT impiam Samaritanorum hæreſim, & omni ratione carentem horum veſaniam ad meliorem frugem perduceremus, neq; non ipſorum animas, quo detinentur morbo, liberaremus: ſæpenumero tam pientiſſ. princeps pater[b] noſter, quam etiam nos ipſi ſtudio habuimus. Sed in plerisq; horum nō potuimus id, in quod longo ſtudio incubuimus, effectui tradere. Euaſerunt enim in tantam nonnulli eorum veſaniam, vt vel ſalutari baptiſmo dignati denuo ad id mali, vnde diſceſſerant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in pretio, eodem cùm ipſis agitari furore dignoſcantur. Præclarum igitur nobis viſum eſt, veterem illam & prius contra ipſos propoſitam patris noſtri legem renouare.

[b] Iuſtinus ſc. quæ verba oſtendunt hāc conſtitutionem alterius eſſe quam Iuſtiniani.

### Cap. I.

AC propterea ſancimus, vt ipſi neque[c] ex teſtamenti tabulis, neq; abſq; ijs hęredes fiāt, legatáve capiant, aut donationis titulo rē aliquam nanciſcantur. Sed neq; Samaritani, aut in vniuerſum hæretici, quíve rectam ſe Chriſtianorum fidem amplecti ſimulant, cum reuera neq; ita ſentiant, neq; huic conſentanea faciant: ad hæreditatem ab inteſtato vocati, ſucceſſionem habeant. Item neque teſtamenta conſcribant, neque legata relinquant, aut donent: niſi qui ea percepturi ſunt, & rectè de fide ſentiant, & fideles ſint operibus. Nam ſi nemo horum ſit: iubemus, vt poſt ipſorum mortem horum bona ad ſacratiſſimum pertineant ærarium. Vnde & ſacra illa forma, per indulgentiam ipſis à patre noſtro conceſſa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipſis, vt[d] hæreditatem pariter adire & tranſmittere, item legatis honorari & legata relinquere poſſint: in poſterum vacabit, neque prorſus vllam firmitatem habebit. Nam ſi huius ſe clementia indignos eſſe perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur veſania: neminem alium, quam ſeipſos accuſabunt, cùm à benignitate Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti alieni ſint. liberalitates autem ab Imperatoria olim maieſtate ipſis conceſſas amittunt in hoc, vt ad meliorē mentem redeant, non vt perpetuò in peruerſa hac opinione ſua permaneant.

[c] *leg. 3. Cod. de Apoſtatis.*

[d] *Nouell.* 129. *ca.* 1.

[e] i. ne agrorum cultura ceſſet.

[f] in ſucceſſione coloni præfertur dominus fiſco. qui & pro eo ſolet fiſco tributa ſoluere *l. 4. C. de agricolis & cenſitis.*

[g] Samaritani remouentur ab omni militia, adminiſtratione ciuili, & iure poſtulandi, pueroſq; inſtituendi: quod commune eſt omnibus hęreticis *Nouel.* 109.

### Cap. II.

EXcipimus autem à præſente lege ruſticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habent: idq; non ipſorum gratia, ſed propter conſtitutionem prædiorum, quæ ab ipſis coluntur[e], propterq; reditus & tributa, quæ exinde inferuntur publico, vt qui ruſticitate ſeducantur. His etenim permittimus, vt tam aſcendentes, quàm deſcendentes, & ex tranſuerſo cognatos ſuos hæredes legatarióſve ſcribant, tametſi Samaritanorum errore detineantur: vt tamen fundos rectè colant, quò magis & vberior exinde prouentus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipſos ad fiſcum. Sed & ſine teſtamentis prædicti alter ad alterius hæreditatem peruenient propter eandem cauſam. Quandoquidem & ſi nemo horum inueniatur: nihilominus tamen volumus, vt prædij dominus[f], in quo ruſticus defunctus eſt, ab illo relicta capiat, & fiſci locum teneat, vtpote qui & pro illo publicis ſatisfacit tributis. Præterea Samaritanum omnino neque militiam[g] capeſſere concedimus, neque ad ciuilem adminiſtrationem accedere, neque poſtulare[h] in iudicio, neque poſtremo in conſortium diſertiſſimorum aſſumi rhetorum[i], neque adoleſcentes inſtituere. Sed & ſi qui ex ijs ſalutari dignati baptiſmo, ad priſtinum denuo errorem reuerſi, obſeruare[k] ſabbata aut etiam alia quædam agere videantur, quæ coarguant per ſimulationem ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe: eos proſcribi iubemus, & in perpetuum tradi exilium. Ijſdem quoque pœnis eos ſubdimus, qui contra rectam Chriſtianorum fidem impium iſtis patrocinium præſtiterint. Perpulchrum verò nobis videtur, vt ad incontaminatum accurrentes baptiſma non temerè ſuſcipiantur, ſed cum quadam obſeruatione, & inſtructione, quæ initiationis tempore fieri ſolet. Dicimus autem, vt qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinæ tangi poſſunt, per duos primum annos in[a] fide inſtituantur[b], & pro viribus ſcripturas ediſcant: tuncq; demum ſacro redemptionis offerantur baptiſmati, tam longi temporis pœnitentia prorſus redemptionis fructum aſſecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſeruatione ſacro dignari baptiſmate admittimus. Porrò nullus Samaritanus Chriſtianum[c] habebit mancipium: ſed ſimulatque emptum fuerit, protinus in libertatem[d] rapiatur[e]. Quod ſi æquè peruerſa opinione mancipium, vt ipſe dominus, fuerit, licitum ei eſto, ſi[f] Chriſtianorum de fide ſententiam exoſculetur, illico & Romana ipſum libertate potiri.

[h] *leg. 8. Cod. de poſtulando.*

[i] Eadem Iulianus cōſtituerat in Chriſtianos Ammian. 25. Inter quæ, inquit, erat inclemens, ꝙ docere vetuit magiſtros Rhetores & Grāmaticos ne tranſirent à numinum cultu.

[k] Samaritani ſabbatha obſeruabant. alibi dicuntur non abſimiles paganis. *l. 21. C. de hæreticis:* & *l. 9. Co. de diuerſ. off.*

[a] Samaritani natu maiores nō admittuntur ad baptiſma, niſi catechumeni fuerint per duos annos.

[b] Catechumeni partes.

[c] *l. 2. Cod. ne Chriſtianum mancipium.*

[d] nouus adipiſcēdæ libertatis modus.

[e] idem de vēdito ſeruo Chriſtiano Iudæis præſanciuerat Conſtantinus, auctore Euſebio. Conſtantin⁹, fiſco vindicari voluerat. & extat vtriuſque lex in Codice Theodoſiano.

[f] Nota alium modum adipiſcendæ libertatis.

### EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem declarantur legem: ea proponens gloria tua ſolennibus locis, effectui & fini contradi præcipito.

# VT DE CÆTERO NVLLAM LICENtiam habeat, Dux aut Biocolyta[g] Lydię & Lycaoniæ in Phrygiam vtramque & Piſidiam aduenire.

## Tit. XXVII.

### *NOVELLA CONST. CXLV.*

Idem Auguſt. Ariouindo glorioſiſſimo P.P.

### PRÆFATIO.

HIS quæ ſemper incidunt, competentem ſingulis medicinam inuenientes, poſtquam quæ vtilitatis ſunt, præterierint, iterum prioris efficimur ordinis, vſq; ad ſolum dolentem medicinam ſuſtinentes, quod tale aliud præſens noſtra ſacra vult lex. Modicè enim prius aliud quiddam indiſciplinationes populares, aliud vero latronum incurſus in Phrygiam atq; Piſidiam fieri diſcentes, eo quod ciuilem gubernationem ſcindat rei ſolicitudo, tam his quàm Lycaonię & Lydiæ militarem adminiſtrationem præpoſuimus, *Ducem* ſeu *Biocolytam* nominantes eum qui ſuper hanc ordinatus eſt partem. ſed nunc adiere nos qui Phrygiam vtramque & Piſidiam habitant, vt ea quæ pꝛidem commiſſa ſunt in eis, compeſcantur, dicentes neq; latrocinia in locis illis compeſcita, neque enim in hominibus enutriri prouincias[h], bonus verò non ferri a nobis inuenti cinguli quod miniſtrantes ei continuo inuadant prouincias & comprehendant aliquos & damnis afficiant, & quòd turbis militaribus impleta ſint loca illa, & omnino inhabitabiles eſſe eis ꝓuincias, etenim & ipſis per ſe ciuilibus iudicib⁹ copioſis ad rei correctionem conſtitutis, & eorum qui prouincias habitant multos aliorum quietem inuentum facientes quo cinguli huius abutantur περιβολῇ[i], & comprehendant innocentes, & quæ non ſunt iuſta in eis agi.

[g] *V. Nouell.* 8.

[h] locus eſt corruptiſſimus. hoc innuit, Phrygas & Piſidas cōqueſtos apud Iuſtinianum fuiſſe, vtramque prouinciam nō ſufficere alendis officialibus ducis, ſeu biocolytę in illis regionib⁹ iam pridem à Iuſtiniano cōſtituti: eaque maximè de cauſa, quod homines. i. officiales ac miniſtri, vtriuſque ducis, ſolebāt hinc & inde graſſari per prouinciam; nunc hos nunc illos adpræhendēdo aut verberando: ita vt inde tumultus orirentur, & prouincia vtraque fieret deſerta.

### Cap. I.

HÆc ſæpius dicentes eos miſerti ad præſentem noſtram ſacram venimus legem, per quam *ſancimus*, auferri † de cætero quæ dictæ ſunt a nobis prouinciæ (dicimus Phrygiam Salutarem[k] & Phrygiam Pacatianā[l] & Piſidiam) de cingulo illo ꝙ tam ipſis quàm Lycaonis, & Lydis impoſuimus olim, & nullam licentiā ex præſenti eſſe eis qui eam habent adminiſtrationem, ita in eis fieri prouincijs tamquam dignitates, habentes aliquod cum eis participium, aut tranſmittere aliquem de officio ſuo aut aliter eis competentibus, & comprehendere aliquos. Sed neq; eis licentiam eſſe eis qui ex illis prouincijs ad hæc, politicos ſeu ciuiles vtriuſq; prouinciæ magiſtratus latrocinijs compræhendendis poſſe ſufficere, & eo magis calamitati vtriuſq; prouinciæ ſuccurrendum, quod nedum ipſi Biocolytæ, eorumq; miniſtri graſſarentur, ſed & nonnulli ex ipſis prouincialibus eiuſmodi miniſtris ſe admiſcerent, ijſq; conductis perſæpe ad priuatas vindictas abuterentur.

[i] i. ſatellitio, ope, adiumento. † abrogatur imperium ducis aut biocolytæ Lydiæ atq; Lycaoniæ, eo vetito in vtramq; Phrygiam & Piſidiam excurrere. [k] duplex Phrygia. [l] cuius metropolis Laodicæa. v. ſubſcriptionem epiſtolæ 1. ad Timoth. quam Cuiacius hîc refert recentiorem eſſe, vt Apoſtolicis temporibus poſſit adtribui.

ſunt, confugere ad vnumquemq; hanc habentem [dignitatem] & querelã inſinuare aduerſus inuicem, ſiue pro pecuniarijs ſiue pro criminalibus fuerit quod mouetur, pœnam metuentibus *triginta librarum auri*, vtpote nobis omnem tranſitum ad dictas nobis prouincias excludentibus his qui per tempus habuerint dignitatem, aut his omnino qui in eorum ordinem relati fuerint, vt neq; præcepta in illis prouincijs aut contra eos qui in eis habitant, faciant, neque aliter ſibi aliquid vindicabunt eorum, quæ in his feruntur, ſed contenti ſint tam Lycaoniorum quam Lydorum ‖prouincia‖ in ipſis iubentes ſolis, tanquam ſi in principio iſtis duabus prouincijs concluſiſſemus dignitatem eorum, nullum participium in Phrygiam vtramq; aut Piſidiam dantes ei. Omni enim ex hoc difficultate prouincias liberamus, illas ciuiliũ iudicum dignas in omnibus tam pecuniarijs quàm criminalibus reſpicientium, ſcientibus his quòd ſi quodlibet factum latrocinium aut inuaſionẽ in illis locis aut ablationem rerum perſequantur, & ablatum vindicent, ex ipſis ſuis facultatibus ex hoc datum diſpendium curare, neceſſitatem habebunt, tam in cingulo conſtituti, quam etiam poſt depoſitum illud. Itaq; ſi vel tentauerit poſt præſens tempus qui Lycaoniæ & Lydiæ militarem habet dignitatem, aut ipſe ire ad prædictas nobis prouincias aut dirigere aliquos de ſuo officio, fiduciam damus epiſcopis ciuitatum prohibere eum aut eos qui ab eo deſtinati fuerunt irruere volentes & expellere de locis eos, vtpote ſemel per præſentem ſacram prohibitos legem. ſuper quod & pœnam xxx. librarum auri impoſitam tam ei qui pro tempore habet cingulum, quàm his qui ei obedire deputati ſunt, ſiue tale aliquid iubeat aut ipſi præſumpſerint miniſtrare: & ſuper hoc cinguli amiſſione periclitabunt & ipſius ſubſtantiæ.

### EPILOGVS.

¶ Tua igitur gloria quæ per præſentem nobis diuinam legem ſancita ſunt cognoſcens faciet quidẽ decreta conſequentia ipſis, edictis verò vtetur & præceptis ad eos qui prouincias moderãtur & ciuitatum epiſcopos, vt & hanc per ciuitates proponant legem & omnibus manifeſta faciant quæ per eam nobis placuerunt occupationem. [Datum 6 Idus Februar. Conſtantinopoli, Domini noſtri Iuſtinian. PP. Auguſt. anno XV. Poſt conſulatum Baſilij Viri Clariſſimi anno XII.[a]].

[a] i. anno 549.

### VT LICEAT HEBRÆIS[b] SECVNdum traditam legem ſacras ſcripturas Latine vel Græce vel alia[c] lingua‖legere‖&, vt de locis ſuis expellantur non credentes iudicium vel reſurrectionem[d], aut dicentes angelos[e] ſubſiſtere creaturam Dei.

### Tit. XXVIII.

### *NOVELL. CONST. CXLVI.*

Idem Auguſt. Ariobindo P. P.

### PRÆFATIO.

NECESSARIVM quidem erat Hebræos ſacros audientes libros non ſolis literis adhærere, ſed ad reconditas eis prophetias reſpicere, per quas magnum Deum & ſaluatorem generis humani *Ieſum Chriſtum* adnunciant. Sed etiam ſi inſenſatis ſemetipſos interpretationibus tradentes à recta vſque nunc aberrauerunt gloria[f], tamen certare ad inuicem diſcentes ipſos, non ſuſtinuimus ſine iudicio eis relinquere tumultum. Per has enim ipſorum quæ nobis adductæ ſunt προσελεύσεων[g], dicimus quod quidem ſolam habentes Hebraicam vocem, & ipſa vti in ſacrorum librorum lectione volunt, nec Græcam tradere dignantur, & multum dudum tempus per hoc ad inuicem commouentur. Nos igitur huiuſmodi diſcentes meliores iudicauimus eſſe[h] & Græcam vocem ad ſacrorum librorum lectionem tradere volentes, & vocem omnem ſimplicíciter, quam locus aptiorem & magis cognitam audientibus facit.

### Cap. I.

SAncimus igitur licentiam eſſe volentibus Hebræis per ſynagogas[a] ſuas, in quocumque Hebræi omnino loco ſunt, per Græcam vocem ſacros libros legere conuenientibus, vel etiam patria[a] fortè (Italica hac dicimus) lingua, vel etiam aliorum ſimpliciter, vna ſcilicet cum locis etiam lingua commutata, & per ipſorum lectionem, per quam clara ſunt quæ dicuntur, conuenientibus omnibus deinceps, & ſecundum hæc viuere & conuerſari. neque fiduciam eſſe his qui apud eos ſunt expoſitoribus ſolam Hebraicam tradentibus, malignari hanc quemadmodum voluerint, multorum ignorantia ſuam ipſorum abſcondentes malam conſuetudinem. Veruntamẽ hi qui per Græcam legunt, ſeptuaginta[b] vtantur traditione, quæ omnibus certior eſt, & præ alijs melior iudicata, præcipuè propter quod circa interpretationem contigit, quia & per duos diuiſi, & per diuerſa interpretantes loca, tamen vnam tradiderunt omnes compoſitionem. 1 ¶ Ad hæc vero quis non horum virorum & illud admiretur, quia multo antiquiores ſalutari apparitione magni Dei & ſaluatoris noſtri *Ieſu Chriſti* conſtituti, tamen illam futuram, tamquam videntes, ſacrorum librorum traditionem fecerunt, tamquam prophetiæ gratia circumfulgente eos? & hac quidem vtuntur præcipuè omnes. Sed, non tamen tamquam eis reſiduas excludere ſanciuerimus interpretationes, licentiam damus & Aquilæ[c] vti, etſi alienæ[d] tribus ille, & non competentem in aliquibus ſermonibus habet cum ſeptuaginta interpretatione diſſonantiam[e]. Eam vero quæ ab eis dicitur *ſecunda editio*[f], interdicimus omnimodo, vtpote ſacris non coniunctam libris, neque deſuper traditam de prophetis, ſed inuentionem[g] conſtitutam virorum ex ſola loquentium terra, & diuinum in ipſis habentium nihil. Et ipſas ergo etiã ſi ſacras voces legant, codices ipſos *reſpuentes*[h], ſed non

[b] ſeu Iudæis Tertull. 18. *Apologet. in fin.* Hebręi retro, qui nunc Iudæi 1. *Cod.* 9. adde conſtitutionẽ Leonis Iconomachi quæ Iudæos ad baptiſmum adigunt. [c] nedum Hebraica. huc refer *cap.* 1. & *cap.* 3. ĩ. [d] huc refer *cap.* 2. ĩ. [e] v. *d.c.* 2. ĩ.

[f] δόξης. i. ſententia. [g] interpellationum προσελεύσεις interpellatio. [h] eos ſcil. qui Græcã etiam aſſumendam putarunt.

[a] Synagogæ Hebręorum. [a] de eo ſæpius dixi *Nouell.* 7. *c.* 1. *Nouel.* 22. *cap.* 2. *Nouell.* 30. *c.* 5. *Nouell.* 69. *Nouel.* 140. [b] Tranſlatio Bibliorũ facta à 70. interpretib. de qua ĩ. omnes alias Græcas antecedit. Cæterum, breuitatis cauſa 70. interpretatio dicitur, cum 72. fuere. *Epiphanius libro de menſuris*, *Tertull.* 18. *Apologet.* eadem ratione qua Centumuiri appellabantur, eſſent 105. ex ſingulis tribubus terni. *Feſtus in voce Centumuiralia iudicia.* [c] Dicendum eſt aliquid de Græcis verſionibus. Prima quæ dicitur 72. interpretum, *vt* ſ. *eo.* compoſita fuit à viris 72. Ptolemeo Philadelpho Ægypti regi miſſis ab Hieroſolymitanis, Ioſeph. 12. *Antiquit.* Tertull. c. 18. 19. *Apologetici.* Epipha. *libro de menſuris:* Euſeb. 8. *de præparat.* 1. Compoſita, inquam, in Pharia inſula, repoſitaque primum in bibliotheca Bruchio, poſtremo in Serapio: idq; longe ante Chriſtum natum. v. Epiphanium *libro de menſuris & ponderib.* vbi inter cætera refert, ſeptuaginta duos electos imitatione quadam Moſis, cui præceptum fuerat, vt aſſumeret 70. viros, & aſcenderet in mõtem. Hanc interpretationem ſecuta eſt interpretatio Aquilæ, de qua hîc, facta ſub Hadriano imperatore *Epiphan. d. loco.* Tertia eſt Symmachi Samaritæ *Epiphan. d. loco*, vel Ebionei *Euſeb.* 6. *c.* 71. Quarta Theodotionis Epheſij Marcionitę ſub Cõmodo *Epiphan. d. loco.* Quinta editio interpretem certum non habet: fuit tamen reperta anno ſeptimo Antonini Caracallæ in Hiericho dolijs occultata cum alijs libris Hebraicis & Græcis *Epiph. d. loco.* Sexta authorẽ etiam non habet, vtq; ſuperior reperta fuit in dolijs occultata in Nicopoli ad Orientem ſita, ſeu in Actiaco littore, ſub Alexandro Seuero *Epiph. d. loco.* Has interpretationes adeptꝰ Origenes, curauit ita integra Biblia deſcribi vt Hebraico textui, literis Hebræis deſcripto, columnam deputaret: alteram, eidem textui, ſed literis Græcis conſcriptam. Duabus iſtis columnis quatuor alias adiecit ex oppoſito, interpretationem ſc. Aquilę, Symmachi, ſeptuaginta, Theodotionis, eamq; editionem Hexapla vocauit: quibus verò addidit quintam & ſextam interpretationes anonymas, *de quibus ſuperius dixi.* Octapla vocauit. v. *Epiphan. d. loco.* Vt eo reuertar vnde digreſſus ſum, Iuſtinianus hîc non probat quamlibet tranſlationem Gręcam, ſed ſeptuaginta tantum aut Aquilæ. Mirum eſſe poteſt de Aquila, cùm D. Hieronymus *in præfat. in lib. Iob*, hæreticos Iudaizantes vocet Aquilam, Symmachum & Theodotionem. his adde Euſebium 6. capite 16. vbi etiam de tetraplis. De latinis verſionibus alio dicam loco. [d] κἂν εἰ ἀλλόφυλος ἐκεῖνος. i. tametſi etiam diuerſę nationis fuerit. [e] Aquila ex Græco Chriſtianus factus, cum Aſtronomiæ curioſis quæſtionib. plus æquo deditus eſſet, eiectus eccleſia trãſit ad Iudæos. vtq; Chriſtianis noceret, cœpit 70. interpretationem & teſtimonia de Chriſto in ſcripturis ꝓbata corrũpere. v. *Epiph. d. loco.* [f] τὴν λεγομένην δευτέρωσιν. quo vocabulo, propriè non intelligit aliquam ſuperiorum tranſlationum, ſed traditiones & obſeruationes Iudaicas. Hebræi vocant *Miſne Thorah*, i. legem ſecundariam, atq; in vnum compoſitam (vt quidam volunt) a Iudæis poſt Chriſti aduentum, idq; partim ex Cabaliſticis ſeu anagogicis, partim ex allegoricis quibuſdam interpretationib. quarum originem & ſucceſſum ad vſq; tempora Moſis & 70. eius adſeſſores Iudæi referebant. Addunt, Iudæos deinceps ex ſuperiori ſyntagmate & alijs poſtea natis opinionibus, primum Talmud, ſeu Hieroſolymitanum (ſic appellatum ob Iudæos doctores vndiq; Hieroſolymis in eum finem coactos) cõpoſuiſſe anno Chriſti 300. Anno verò 70. pòſt, ſecundum Talmud edidiſſe, coactis in Babylone Iudæis: eoque nunc Talmud vti Cabaliſticis ſomnijs referto v. *Poſtell. c.* 3. *de orbis concordia n.* 12. [g] ἐξεύρεσιν id eſt, commentum. [h] ἀναπτύσσοντες. ſenſus, ſi animus eſt Iudæis ſacras ſcripturas legendi, ſacros Codices euoluant, non eos in quibus meræ tantum fabulæ continentur.

abſcon-

abſcondentes quidem quæ per eos dicta ſunt, exterioribus verò traditis ſine ſcriptis vanæ vocis vtentes, ad ſimpliciorum per ipſos excogitatis perditionem. Vt hac data à nobis licentia, neque damnis aliquibus ſubijciantur omnino qui Græcam vocem & alias tradunt, neque ab alio quouis prohibeantur. Neque licentiam habebunt hi qui ab eis maiores omnibus *Archiphereciтæ* [a] aut presbyteri [b], forſitan vel magiſtri appellantur, perinœis [c] aliquibus aut anathematiſmis hoc prohibere, niſi velint propter hos caſtigari corporis pœnis, & inſuper priuationem facultatum nolentes ſuſtinere, meliora verò & Deo amabiliora volentibus nobis & iubentibus.

## Cap. II.

SI quidam verò apud eos [d] *atheos* vanæ nouæ vocis eloquia inferre præſumpſerint, aut reſurrectionem [e] & iudicium [f] negare, aut [g] facturam Dei & creaturam angelos ſubſiſtere: hos & expelli volumus loco omni, & nō relinqui vocem blaſphemiæ, & ita à Dei ſimul lapſam notitia. præſumentes enim eos affari aliquid huiuſmodi, vltimis ſubdantur ſupplicijs. illato errore ex hoc Iudæorum emendantes gentem.

## Tit. III.

ORamus verò eos, aut per iſtam [h], aut per illam linguam ſacros libros audientes, ſeruare quidem interpretantium malignitatem, non ſolas vero conſiderare literas, ſed rebus refici, & diuinum veraciter intellectum accipere, vt & redoceri quod melius eſt, & quieſcere aliquádo errantes, & in hoc ipſo quod eſt omnium χαιειώτατον [i] peccantes, in Deum ſpem dicimus. Propter ea enim omnem eis vocem aperimus ad ſacrorum librorum lectionem, vt omnes de cætero eorum accipientes ſcientiam doctiores ad melius fiant, re confeſſa conſtituta, paratiorem multo ad diſcretionem eſſe, & ad melioris intentionem, ſacris innutritum libris, & parum quod deſit habentem ad emendationem, quàm ſcientem quidem horum nihil, ſolo vero cultus inchoatum nomine, & tanquam anchora [k] retentum ſacra, & doctrinam [l] piam, hæreſis appellationem eſſe putantem.

## EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt & per hanc præſentem piam legem declarata ſunt, cuſtodiet quidem tua gloria, & quod tibi obtemperat officium. Seruabit & pro tempore qui in eodem cingulo ordinabitur, & non permittet omnino Hebræos præter hæc facere, ſed inſiſtentes & prohibere omnino nitentes, corporalibus primum pœnis ſubijciens, exilium incolere compellet, auferens & bona, vt non ſimul ipſi contra Deum, ſed & imperium audaciter inſurgant. vtetur autem & præceptionibus ad prouinciarum præſides, præcipiens ipſis noſtram legem, vt & ipſi hanc diſcentes, proponant per ciuitatem vnamquamque: ſcientes, quod hæc obſeruari vtile erit his qui noſtram indignationem veriti fuerint. Datum [m] 6. Id. Febuar. Conſtantinop. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. ann. XXV. poſt Baſilij V. C. Conſulatum anno XII. [n]

[a] ἀρχιφερεκῖται vox eſt hybrida, Græca partim, partim Hebræa, eorum mun⁹ erat legere & interpretari illas legis ſeu prophetarum ſectiones quas Hebræi Parſijoth & Perakim appellāt & ad eas accommodare ſubdiſtinctiones tractatuū maiorū Talmudis quas ijdem Iudæi Perakim vocant. Nam quod noſtris libri 50. Pandectarū, hoc Talmudicis 60. tractatus maiores: ꝙ tituli, hoc Perakim. Igitur ἀρχιφερεκῖται quaſi paratitularij, quibusq; ad vnguem noti Talmudis Tituli. Idq; ita eſſe Cornelius Bertramus ſacræ linguæ apud noſtros profeſſor digniſſimus, nō minus Iuriſconſultus quàm Theologus amicè indicauit.

[b] i. ſeniores.

[c] περινοίαις τισὶν id eſt, commentis quibuſdam.

[d] apud eos κενοφωνίας ἀθέυς, &c. id eſt, apud eos nouas vocum nouitates & impias.

[e] nota hæreſim negantem reſurrectionem, quam etiam ex gentilibus quidam agnouere, Plin. 7. c. 55. ſimilis eſt, inquit, de aſſeruandis corporibus hominum ac reuiuiſcendi promiſſa à Democrito vanitas, qui non reuixit ipſe. Agnouerunt multa haud dubiè Ethnici, ſiue ductu naturæ, ſiue inſtitutione, quale illud dixeris. Quæſiui, viuerétne ipſe Pater Paulus & alij quos nos extinctos arbitramur. Immo verò, inquit, viuunt. Cicero in ſomnio & alibi Tuſculan. Pherecydes Syrus primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos.

[f] Nota hæreſim negantem iudicium.

[g] ἢ τὸ ποίημα τοῦ θεοῦ καὶ κτίσμα τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν. Haloander ita vertit, affirmare quòd figmentum & creatura Dei per angelos ſubſiſtat: quaſi diceret, Hæreſim eſſe, ſi quis rerum iſtarum aſpectabilium authores faciat angelos, non Deum ipſum. Poſſumus etiam hac ſententia relata ad verbum ἀρνούμενος, colligere, quoſdam ex Iudæis eam opinionem habuiſſe vt negarent Angelos à Deo creatos.

[h] id eſt, Græcam & Hebraicam.

[i] opportuniſſimum.

[k] Sacra anchora.

[l] aliud eſt vera de Deo ſcientia, aliud ſecta.

[m] id eſt, anno 548. ſed Scrimg. ita legit. Datum Id. Februar. Conſtan. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. Baſilio V. C. Conſ. id eſt, anno 541.

# DE RELIQVIS [a] PVBLICIS NON exigendis [b] & de diſcuſſione diuerſarum actionum.

## Tit. XXIX.

### NOVELLA CONST. CXLVII.

Idem Auguſt. Ariobindæ P.P.

## PRÆFATIO.

ET ſi expenſam multam nunc ſupra quàm aliquando reipub. eſſe oportet, tantam magnitudinis præbitionem benignitate accipienti Dei, & ad augmenti rationem ſuperimpoſitos expugnanti barbaros, omnem tamen prouidemus viam, vt & expenſarum non prohibita fiant, & nulla miſericordiæ ſpecies circa ſubiectos noſtros relinquatur. Quanta igitur ſingulis interpellantibus nobis & debita prætendentibus publica & inopiam redditionis, præparatè remuneramus, & qualiter nullus miſericordiam petens ſiue actu à noſtra receſſit facie, hoc dicere non noſtrum eſt, his quæ pro his ſcripta ſunt & ipſis qui remunerationes acceperunt, atteſtantibus nobis. Sed quia modicum & imperio indignum eſt de ſingulis interpellantibus proprias aliquorum munerationes facere, aut etiam vſq; ad villas aut ciuitates ſolas aut in ſolas prouincias noſtram extendere miſericordiam, & nō magnum aliquid & commune de omnibus ſubiectis facere.

## Cap. I.

PRopter hoc ad præſentes noſtras venimus donationes, per quas *Sancimus* dimitti omnibus noſtris ſubiectis reliqua omnino debita à præterito circulo primæ indictionis & eius, & in quam præcedentes noſtras concluſimus donationes, vſque adhuc currentem ſeptimam [c] indictionem & ipſam: vt ſint viginti duo anni continui in noſtros ſubiectos à nobis factæ largitatis, & nulla reliqua exigi ex illo relata tempore. Hæc verò dicimus non in his quæ in auro ſolum, ſed etiam ſi argentum aut triticum aut quædā alia ſpecies debita ſit, & hoc quidem ſiue quod à ſubiectis debitum ſit, ſiue ab Illyrica præfectura aut ſacrorum noſtrorum theſaurorum, ſiue pro fructibus [d] ſiue pro reſiduis titulis quomodocunq; inferendis ab eis. In commune enim omnibus noſtris ſubiectis hanc noſtram largitatem concedimus, vt nemo pro [e] temporibus illis ſuper eos reliquum inducat, qualemcumq; faciens reliquorum exactionem, ſiue ab ipſis deſtinatus cingulis, aut qualitercumq; publicam perſonam ſibi vindicans. ſiue aliqua inferēs præcepta aut deputationes [f]: quoniam quidem & his qui huiuſmodi quid acceperint, & tanto continuè nō exigere tempore, contra ſubiectos noſtros auferimus exactionem. Inſuper & contra ipſum publicum. qui enim debet continuè tantum, vel negligens, vel ſportulis magis & non principalibus factus, & neq; ab eis neq; à publico accipiens, non in tempore deinde moratur deputationum, aut exinde exactionem inferre tentat. Econtrario autem, eum qui huiuſmodi aliquid facere præſumpſerit, tamquam noſtris peſtiferum repellimus donationibus, vt omnem de cætero repetitionis occaſionem aut perhineam [g] auferri, tam contra ſubiectos, quàm contra publicum & maiorem præualere, & ex hoc ἀπραγμοσύνην noſtris ſubiectis. Quoniam autem & his perfruentur donationibus, & quæ ſacris noſtris priuatis aut diuino noſtro patrimonio competunt poſſeſſiones, & neq; contra colonos neq; contra locatores aut emphyteutas exactio fiſcalium pro prædictis à nobis fiet temporibus, aut ab his qui publicum exigunt, aut palatinis ipſis manifeſtum eſt. Hæc verò dicimus de his quæ debentur adhuc, & apud noſtros ſunt ſubiectos. Si enim aliquid contigerit illis dare, & hoc apud curiales forſan aut officiales aut hypodectas [h] aut delegatores, aut apud hos qui prouinciarum ſunt numerarij [i] remanſit, hoc non comprehendimus neq; partem facimus præſentis noſtræ donationis, ſed ſeruabitur publico. Inutiliſſimo [k] conſtituto, vt quod à ſubiectis datum eſt, non fiſcus accipiat, ſed proprium aliorum lucrum fiat.

## Cap. II.

HAc verò noſtra largitate excludimus, & quæ cauta ſunt forſitan, aut fideiuſſa publicò à numera-

[a] *addè Nou.* 148.

[b] De indulgentia reliquorum publicorum, *Index Reginæ*. Ammianus 16. loquens de Iuliano, id eum aduſque imperij finē & vitę ſcimus vtiliter obſeruaſſe, ne per indulgētias, quas appellant, tributariæ rei concederet aliqua. & lib. 25. loquens de eodem, libertatis huius teſtimonia plurima ſunt, & veriſſima, inter quæ indulta ſunt tributa admodū lenia, coronarium indultum.

[c] i. annum ſeptimum indictionis. cui ſi xv. addideris, efficies 22. annos *Vt* j. *cod.* vt hinc poſſis colligere, Circulum indictionalē eſſe 15. annorum.

[d] ὑπὲρ φόρων i. tributis.

[e] Indulgentia dicitur, quoties præterita tributa remittuntur: releuatio quoties futura.

[f] ἐνταγὰς. *l.* 13. *Co. de annon. l. Vlti. &* *antepen. C. de exact. tribut.*

[g] περίνοιαν, id eſt, cōmentum *Vt Nou.* 146. *c.* 1. *in fi.*

[h] i. ſuſceptores.

[i] τρακτεύουσιν.

[k] id eſt, cui ſit mens abſurdiſſima.

rijs[a] aut arcarijs[b] aut ſcriniarijs[c]. nihil enim neque his de æqua conferimus donatione, quia ſemel propria fecit, & penè habet hæc accipiens fiſcus. De ſacra vero hac largitate excipimus tam militares, quàm fœderaticas diſcuſſiones. ipſæ enim non contingunt quidem noſtros ſubiectos: iuſtam vero exactionem contra illos inferunt, qui non competenter de publico accipiunt, quanquam ſi occaſione militaris vel fœderaticæ expenſæ cõtigerunt accipientes, tamen proprium hoc lucrum facientium: & multo magis hoc noſtra excepimus donatione ciuilium pecuniarum inquiſitiones & inſuper operum diſcuſſiones[d] tam quæ in hac fœliciſſima ciuitate quam in alijs prouincijs, quoniam non eſt iuſtum tanto à nobis emiſſo auro pro occaſione munitionis reipublicæ, adminiſtrantes quidem lucrum iniuſtum habere, fraudari vero loca noſtra largitate, aut debita eis munitione, aut ciuitates pecunijs quæ ad ornatum earum diuiſæ ſunt, defraudari. Quia vero etſi malignantes omnino odimus, ſed noſtras tamen humanitates[e] obliuiſci nullo poſſumus modo: propterea ſancimus quæ à nobis in quibuſdam capitulis facta exceptio eſt, locum habere ſuper his quæ nuper tranſijt, primæ indictionis temporibus. hanc vero dicimus ſexdecim pridẽ annis factam. De his enim quæ pręcedunt temporibus ſimplicem & generalem omnibus continuè noſtram humanitatem cõcedimus, nullam exceptionem in ea facientes, vt communem omnes homines perfruantur ſecuritatem, & nullam reliquorum exactionem ex qualibet occaſione ex illis procedere temporibus. Hanc nos quidem ſubiectis humanitatem concedentes Deo magno offerre actũ exiſtimauimus oportere, vt omnes his perfruentes bonis, gratias pro imperio confiteantur magno Deo, qui & hunc nobis in mentem actum immiſerit.

EPILOGVS.

‖Quæ igitur placuerunt nobis & per hanc ſacram declarantur legem, ea ſtudeto tua excellentia ad opus adduci, & ſeruari feſtinet.‖ Datum[f] prid. Kalend. Conſtantinopoli, DN.N. Iuſtiniani PP. A. anno XXVIII.[g] poſt conſulatum Baſilij V.C. anno III.[h]

[a] παρὰ τρακτευτῶν.
[b] ἀρκαρίων. Arcarij ſunt præpoſiti his exigẽdis quæ in arcam P. prętorio inferuntur, vt tit. *de ſuſceptoribus & arcarijs*. Alias, arcarij ſunt ſerui diſpenſatores & œconomi. Ideo vetus interpres Epiſtolæ ad Romanos, œconomum vertit, arcarium.
[c] id eſt canonicarijs.
[d] i. ſi quid ciuilibus commodis deputatur, nec erogatum ſit.
[e] Nihil eſt quod Imperatores melius commendet gentib. quam clementia vt. *Volcatiũ Gallicanũ in Caſſio:* & Iulian. *apud Ammianum* 16. Hactenus incuſent iura clementiam.
[f] Dat. 7. Kal. Maij Conſt. DN. Iuſt. PP. Aug. Baſil. V. C. Coſ. i. anno 541. & malè vt j.
[g] i. 544.
[h] Contius legit XI.

## DE INDVLGENTIA[i] RELIQVOrum publicorum.

Tit. XXX.

*NOVELLA CONST. CXLVIII.*

*Ant. Contio interprete.*

PRÆFATIO.

QVANTAM circa communia rerum ſtatim ex procemijs[k] noſtri imperij fecimus prouidentiam & ſtudium, traditæ nobis ex Deo reipublicæ curam gerentes, ex his quæ iam fecimus, manifeſtum fecimus vniuerſis. Nam publicum debitis multis prægrauatum inuenientes & ad vltimam penuriam repulſum, in noſmetipſos ſuſcepimus debitum, onere ſimul & difficultate multa ſubleuãtes illud, & rem militarem diffluentem iam neceſſariorum penuria, ita vt reſpublica barbarorum inſultibus & incurſibus immenſis peſſum daretur, ſecundum quod nobis fuit poſſibile, competenti correctione ſumus dignati: quin nec vſq; ad hæc & ſola oportere exiſtimauimus circa ſubiectos ſtare auxilium, ſed & cuiuſdam alterius participes facere humanioris ſententiæ ſubditos lege iuſſimus opus eſſe, liberos ipſos his quæ ab ipſis debebantur debitis publicis facientes.

[i] *Nouell.* 147. vide. An hęc cõſtitutio ſit Iuſtini Curopalatæ dicam j.
[k] i. initio.

Cap. I.

COmmunem igitur & hanc noſtram beneficentiam in omnes ſubiectos extendentes, indulgemus ſuperioris temporis vſque ad octauam indictionem, & ipſam præſentis cycli, debita à ſubiectis publico: & ſancimus nullam exactionem fieri eorum quæ in reliquis debentur vſq; ad dictam indictionem, ſiue generalem ſiue ſpecialem menſam tuæ glorię hæc reſpiciant, ſiue cingulum ſacrorum apud Illyrios prætoriorum, ſiue glorioſiſſimi Iuſtiniani præfecti eorũ qui in Myſia & Scythia ſunt, militares numeri, ſiue ſacrorum noſtrorum theſaurorum, ſiue ſacratiſſimi noſtri ærarij, ſiue ſacri patrimonij, ſiue magnificentiſſimi curatoris domorum[l]. Sed omne quicquid tam in auro quàm argento & cæteris ſpeciebus debitum ſit, id omnib⁹ debentib. indulgeatur, ita vt neq; coloni neque conductores, neque emphyteutæ, neq; etiam poſſeſſores exigantur debita publico reliqua, eorum quæ à prædicta indictione fluxerunt & ipſa temporum.

[l] rerum priuatarum *Hal.*

Cap. II.

EXcipimus autem ab hac noſtra largitate militares[a] & fœderaticas diſcuſſiones. Ipſas enim ſubiectos neq; omnino contingere accidit, præter eos & quidem ſolos, qui ſibi ex publico pecunias erogatas, in lucrum proprium conferunt. Item ea quę militaribus ordinibus vel fœderaticis deputata ſunt à publico & quæ apud dictos hypodectas[b], vel exactores aut delegatores, ſiue in auro ſiue in argento & in alijs quæ in ſpecie conferuntur, inueniantur à ſubiectis ſoluta, exigentur & ipſa, & ſoluentur quibus competens eſt prædictorum noſtrorum cingulorum. Ad eundem vero modum & alios omnes qui acceperunt à noſtris ſubiectis aurum vel aliud quid ex dictis à nobis indictionibus, & hoc non depoſuerunt in publicum, (ſi deponi competens erat) excipimus à pręſenti noſtra donatione, vt illud in publicũ aut his quibus congruit, ſoluatur. Subiectorum enim miſereſcentes, præſenti eos dignati ſumus humanitate. Sed neq; eos qui apud ſe publicas ſuſceperunt pecunias, priuare vero publicum volunt, ſiue illos ad quos deſtinati erant. Perſpicuum autem eſt, quod ſi quidam hanc noſtram præſentientes munificentiam ſuper indultis reliquis, per aliquam περίνοιαν[c], id eſt, machinationem, à ſubiectis cautiones aut fideiuſſiones acceperint, aut in propria transtulerint debita, vel aliud quid in fraudem huiuſmodi meditati eſſe aut feciſſe deprehendantur, nihil ex his vtilitatis habebunt, reddent verò cautiones his à quibus receperunt ipſas. Omnes autem gratias Deo & nobis confitebuntur: alij quidem quia debentes reliqua, indulgentia & humanitate dignati ſunt, alij verò quia nihil reliquorum nomine debentes, liberati ſunt ſolicitudine, ſuſceptorum gratia cuſtodiæ, ne hi quibus accidit ſæpe, pro ijſdem inquietari temporibus, rurſus tanquam quibus furto propria iugatio interciderit, ad ſoluendum præſto eſſe debeant, vſq; ad octauam indictionem habentes ſecuritatem, vt in omnes reuera præſens noſtra diſtribuatur donatio.

[a] i. ſi quid cõmodis militiæ deputatũ eſt, nec erogatum.
[b] i. ſuſceptores.
[c] Vt *Nouell.* 146. *c.* 1. *Nouella* 147.

EPILOGVS.

❡ Quæ igitur ſancita ſunt à nobis & per hanc noſtram pragmaticã legem manifeſtata, tua gloria literis vſa, per hanc regiam vrbem omnibus manifeſta conſtituet. Dat. Conſtantinopol. DN. N. Iuſtiniani[d] PP. Auguſti anno XIX.[e] poſt conſulatum Baſilij V.C. anno IIII.

## VT[f] DEI AMANTISS. EPISCOPI, cum prouinciarum indigenis & incolis, quos ſibi Præſides[g] eſſe velint, eos ſibi à ſacratiſſ. Principe concedi petant, ijq́ue gratis præſides fiant: vt tamen qui in præſidem petitur, idoneè fiſco caueat. ſi verò præſidem petere diſtulerint, vt tum aduerſus eum qui ipſis præſes miſſus fuerit, quodcunque etiam occaſione publicorum tributorũ fecerit, querelam inſtituere nequeant.

Tit. XXXI.

*NOVELL. CONST. CXLIX.*

PRÆFATIO.

DVM reipublicæ à Deo nobis datæ curam gerimus, ſimulq́ue vt ſubditi noſtri in omnibus iuſtitiæ bono fruantur, operam damus, hoc vnum nobis inde ab initio propoſuimus, vt quicquid antea imperfectum, & confuſum fuiſſet, id & corrigeremus, & vndiq; perfectum exhiberemus. Anxia itaq; reputatione habita, quomodo & fiſcus & ſubditi illæſi & indemnes permaneant, animaduertimus nos facilè id conſequuturos, ſi efficeremus vt prouinciarum præſides, vbi magiſtratu gratis[h] ſuſcepto, ritè fiſco cauiſſent, in omnibus rectè ac legitimè magiſtratu fungerentur: ita vt ab omni iniuſtitia, quæſtu, alioquiq; turpitudine atq; re vetita abſtinerent.

[d] hæc verba indicãt hanc conſtitutionem eſſe Iuſtiniani, non Iuſtini Curopalatæ.
[e] i. anno 545.
[f] Cuiacius notat hanc Nouellam eſſe Iuſtini.
[g] de præſidibus, *Index reginæ.*
[h] *Nouell.* 8.

Cap. I.

CAP. I.

NE igitur peregrini [a] aliqui in prouinciasſe ingerentes, illas iniuria afficiant, noſque crebris aduerſus illos interpellationibus inſtituendis moleſtias ſuſtineamus: hortamur cuiuſq; prouinciæ ſanctiſſ. epiſcopos, eoſque qui ex indigenis & incolis primas tenent, vt per communem libellum ſupplicem de iis ad noſtram potentiam referant, quos idoneos eſſe ad prouinciæ ſuæ gubernationem exiſtiment. His enim magiſtratus inſignia gratis tradituri ſumus: tamen vt publicum & fiſcalem canonem ſe illaturos caueant, atque nihil contra leges ſe exacturos, neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis, datis ſponſoribus promittant, ſe annonis contentos publicorum tributorum exactioni inuigilaturos, iiſque qui in ſacris illationibus probi & prompti ſint, mites ſimul & paterno affectu exhibituros, cum improbis verò atque refractariis acerbius in exactionibus acturos, neque inde quicquam lucri ablaturos. Oportebit verò etiam nihilominus illos, coniectis in [b] leges oculis, quibuſcunq; litigatoribus æqualitatem atque iuſtitiam tribuere, &, ne ſumptibus ac longinquitate temporis atterantur, cito [c] illos dirimere: tum & eos qui deliquerint, in ius rapere, & ſecundum legem pœnas illis infligere: denique in omnibus iuſtitiam exhibere.

[a] Peregrini remoti ab adipiſcendo præſidatu aliarum gentium.

[b] Iudex ſecundū leges iudicare debet *Nou.* 24. *c.*2: *Nouel.* 83. *c.* 13. *Inſtit. de off. iud.*

[c] *&.l.* 13. *Cod. de iudicijs.*

CAP. II.

AC ſanè non hiſce ſolis hæc præcipimus, verumetiã cuiuſque magiſtratus aſſeſſoribus, aliiſque quicunque magiſtratibus ſubſeruiunt. Nam ſi quis illorũ aut in publicorum tributorum exactione negligenter ſe geſſerit, aut collatores noſtros damnis contumelioſiſve oblæſionib. inuoluerit, ſimul bonis excidet, ſimul ſummo ſubijcietur ſupplicio. Etenim Deo auſpice hoc vnum nobis ſtudio eſt, vt prouinciæ bonis legibus regantur, totoque [d] habitentur, atque præſidum iuſtitia fruantur: & verò publica tributa citra querelam inferantur. Impoſſibile enim eſt, vt ſacris tributis non illatis, alioqui [e] reſpublica conſeruetur. Militares [f] nanque copiæ, aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt, & collatores à barbarorum incurſionibus & truculentia vindicant: denique agros atque ciuitates à latronum alioque modo incompoſitam vitam ſectantium, vi & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliquæ cohortes ea quæ ipſis attributa ſunt, accipiunt: muri atque ciuitates indidem inſtaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: poſtremò ſpectacula, aliaque omnia quæ ad delectationem ſubditorum inuenta ſunt, ex ijſdem curantur: vt quæ ab illis contribuuntur, partim in ipſos, partim propter ipſos inſumantur & impendantur: nobis autem prorſus nihil inde præter iſtarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, quum magnus ille Deus, & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, magnitudine clementiæ ſuæ permultis propter hoc nos bonis remuneretur.

[d] Huc refer ea q̃ Oldendorpius ſcripſit de exceptione loci non tuti *c.*17. *tractatus exceptionũ: adde l.* 10. *ff. de &t.*

[e] Pecuniæ, nerui reipublicæ.

[f] Laus, neceſſitas, atque vtilitas rei militaris.

CAP. III.

HIs itaq; omnibus prouincialibus hominibus velut præconio à nobis denunciatis, & quanta noſtra ſit erga ſubditos beneuolentia & liberalitas, per hoc oſtenſo, magis propitium ac benignum Deum habituri ſumus, qui tantopere nequid [g] detrimenti ſubditi capiãt, curemus. Si verò hoc noſtrum beneficium conſecuti, in præſidum electione, opinione atque ſpe fruſtrentur, neminem [h] præter ſeipſos culpare poterunt. Neq; etiam, ſi hos eligere, & ad nos referre diſtulerint, vllo amplius iure de iis qui hinc in prouincias emittentur, ſi propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam inſtituent: neq; verò nos vt de his nos adeant, eoſq; deferant, dehinc ſuſtinemus. Qui enim facultatem eligendi præſides à nobis ceperunt, vt illi gratis magiſtratibus ſuſceptis publica tributa inferrent, ipſiq; ab illis nulla iniuria afficerentur, ſi hi in illorum electione negligenter verſati fuerint, permittendum illis nullo modo erit vt de ipſis conquerantur, noſq; illos delaturi adeant, atque moleſtiam exhibeant. Cæterùm nullus omnino in perſoluendis quæ ipſi incumbunt publicis tributis, vlla dilatione vti poterit, non [i] ſacra domus, non ſanctiſ eccleſia, non pium pauperum receptaculum aut monaſterium, non denique clarus aut obſcurus quiſquã: Neque verò eos qui rempublicam adminiſtrant, neque quos ἐκλήπτορας [k] vocant, neq; etiam alios quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo quod hinc exiſtere poſſit eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum qui in fiſcum improbi eſſe velint, iniuſto propoſito anteferimus †.

[g] Is eſt ſcopus omnium legum, Salus populi ſuprema lex eſto. Erat & illa formula ſolennis in auſpiciis magiſtratuum, *&t cōſulerent ne quid detrimenti reſpublica pateretur.*

[h] Mala electio eligenti imputanda.

[i] *adde Nouel.* 38: *l.*7. *Cod. de ſacroſanct. eccleſ.*

[k] ſuſceptores.

† Bonis principis, & fiſcalibus cōmodis publicè vtilia antepōnuntur.

EPILOGVS.

¶ Vt autem quæ pulchrè à nobis proponuntur, omnibus manifeſta fiant: iubemus, vt tua excellentia hoc preſens ſacrum edictum per felicem hanc vrbem & in prouinciis, conſpicuis in quaq; ciuitate locis proponat: quo neminem ratio, qua fiſci ſubditorumque indemnitati conſulatur, à nobis ſereniſſ. adinuenta lateat. Datum 15. Kalend. Febr. Conſtant. Imper. D N. Iuſt. P P. Aug. anno VIII. poſt Conſ. eiuſdem anno III. [a]

[a] .i. anno 544.

DE [b] EA, QVÆ RAPTORI ſuo nubit.

Tit. XXXII.

*NOVELL. CONSTIT. CL.*

[b] *dixi ad Nouell.* 143.

PRÆSENS conſtitutio confirmat pœnas in conſtitutione ipſam præcedente prædictas. Iubet enim, ne puella raptum paſſa, raptori ſuo nubat. Sin verò hoc fecerit: non ſuccedit ei, cuiuſcunque tandem ſectæ aut ætatis ſit. Nam ſi ipſi coniuncta non fuerit: capiet omnia bona eius. Si parens conſenſerit raptum paſſæ filiæ ſuæ, vt raptori ſuo copuletur: mittetur in exilium. Si mortuus eſt non prębito conſenſu, tunc raptoris bona confiſcantur, videlicet cùm nefariæ ſint eiuſmodi nuptiæ, ſi denuo raptori ſuo raptum paſſa puella copuletur.

NE DECVRIO AVT COHORTAlis [c] perducatur in ius, ſiſtatúrve iudicio [d] citra iuſſionem principis, quæ inſinuetur præfectis.

Tit. XXXIII.

*NOVELLA CONST. CLI.*

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Areobindo prætoriorum præfecto.

[c] Cohortales officiales prę ſidũ *tit. de cohortalib.* Auguſtinus *in euang. Iohan.* Cohors non Iudæorũ ſed militũ fuit.

[d] extra ſuam prouinciã ſc. *Nouell.* 45.

PRAEFATIO.

SVGGESTIO nobis per epiſtolam gloriæ tuę facta eſt, quæ dicit, non [e] ex vſu eſſe, vt decuriones aut cohortales, cùm publico priuatóve cum ipſis iure agendum eſt, ad diuerſa iudicia, vel ad hanc almam perducantur vrbem, vel in alias mittantur prouincias. ſæpenumero autem ſacras noſtras præberi iuſſiones, quę id velint. petijſtíque vt ſacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortaliũ aut decurionum iudicij cauſa vel ex alia in aliam prouinciam duceretur, vel ad hanc vſque regiam pertraheretur vrbem: ſi verò ſacræ de hoc componantur formæ: vt hæ prius inſinuentur [f] iudicio excellentiæ tuæ, & decreta, vti æquum eſt, ſuſcipiant.

[e] Priuilegiũ probatur cōſuetudine.

CAP. I.

NOs igitur tametſi omnem productionem in ius, exhibitionemque in iudicio auerſamur: ſi tamen neceſſitas incidat vt huiuſmodi aliquid agatur, nulli noſtrorum magiſtratuum, excepto throno tuo, concedimus, vt cohortalem aut decurionem ad hanc almam vrbem iudicij cauſa perduci faciat: niſi ſacra aliqua interueniat iuſſio, quæ expreſſis verbis id præcipiat, quam ipſam conuenit vt & excellentia tua perdiſcat, neque citra decretum tuum ipſe huc in ius perducatur, cùm ita fieri id expediat publicò: ne ſi ex ijs locis vbi [g] publicas tractant pecunias, abſtrahantur, hanc anſam arripiant nocumentum inferendi contra rempublicam.

[f] Euocationum formulæ impetratę aduerſus decuriones aut cohortales inſinuandæ ſunt apud præfectum prætorio.

[g] huc referri poteſt titulus Codicis; vbi de ratiociniis.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto excellentia tua effectui & fini tradere.

NE SACRÆ FORMÆ [h] QVÆ DE cauſis procedunt publicis [i], aliter robur accipiant, quàm ſi glorioſiſ. prætoriorum præfectis inſinuatæ ſint, vel fuerint, illicq; habeantur ratæ.

Tit. XXXIIII.

*NOVELLA CONST. CLII.*

Imp. Iuſtin. Aug. Ioanni glorioſiſſimo prætoriorum præfecto.

[h] ſeu iuſſiones *Index regina*: ſacri typi.

[i] putà de publicis operibus.

Qqq

PRAEFATIO.

DAntes operam, vt diuino cooperante auxilio, cum ſumma diligentia res Imperij à domino Deo nobis cõcrediti gubernentur: iubemus ne aliter forma de publicis confecta cauſis ad magnificentiſſ. ducem, aut etiam Auguſtalẽ, aut clariſſ. prouinciarum præſides valeat, niſi prius inſinuata fuerit iudicio excellentiæ tuę. quæ verò inſinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum etenim fuerit, ſacram formam pro publicis confectam cauſis, nõ prius inſinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita tranſmitti in prouincias, finique contradi.

CAP. I.

SI quid igitur hucuſque ad detrimentum [a] reipublicæ factum eſt, iubemus hoc irritum eſſe: ſancientes, vt quæuis de cætero ſacræ formę pragmaticę ſiue ad Auguſtalem, ſiue ad ducem, ſiue ad reliquos prouinciarum præſides conficiantur occaſione (vt dictum eſt) cauſarum publicarum: omnino inſinuentur iudicio excellentiæ tuæ, eoque pacto (vti dictum eſt) cum iuſſionibus excellentiæ tuæ mittantur in prouinciam: vt quæ quidem ſacræ formę ad detrimentum reipubl. factæ non ſunt, hæ & ſuſcipiantur, conijciantur q; in præceptiones, & ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur. quæ verò ad detrimentum reipubl. per obreptionem [b] fiunt: has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat excellentia: non tamen prius quæ inibi ſunt repoſita faciat, quàm ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis ſi quid (vt poteſt fieri) ad detrimentum factum eſt reipublicæ, id corrigamus. Quæcumque enim ſacra pragmatica forma publicarum cauſarum nomine facta, throno excellentiæ tuæ inſinuata non fuerint: hanc nullo valere tempore volumus.

[a] Quæ ad detrimentum reipublicę fiunt, non tenent.

[b] Obreptitia reſcripta nullius momenti ꝟ. l. 22. ff. de falſis. Auguſtinus *in Iohannem*. Iuris eſt forenſis vt qui in precib⁹ mentitus fuerit, non illi proſit quod impetrauit.

[c] ꝟ. *Cod.* 52. περὶ τῶν χαμαιδερετῶν βρεφῶν *Scrimg.* 5. *Extrauag.* 11. *adde quæ notaui ad l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt*: 1. *Harmenopul.* ꝟlt.

[d] Apocriſiarij, pro varietate perſonarum cui adiuncti ſunt, quaſi legati eccleſiarum, epiſcoporũ, monaſteriorũ, iudicum, ꝟ. *quæ ſcripſi ad Nouel.* 123. *c.* 25.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS [c].

Tit. XXXV.

*NOVEL. CONSTIT. CLIII.*

Imper. Iuſtin. Auguſt. Mennæ glorioſiſs. præfecto prætoriorum Illyrici.

PRÆFATIO.

CRimen à ſenſu humano alienũ, & quod ne ab vllis quidem barbaris admitti credibile eſt, Dei amantiſſ. Theſſalonicenſis eccleſię apocriſiarius [d] Andreas ad nos retulit, quòd quidam vix ex vtero progreſſos infantes abijciant, inq; ſanctis eos relinquant eccleſiis: & poſtquam educationem atque alimoniam ab hominibus pietatis ſtudia exercentibus promeruerint, hos vindicent, & ſeruos [e] ſuos eſſe pronuncient, cupientes crudelitati ſuæ hoc etiam apponere, vt quos in ipſis vitæ primordiis ad mortem expoſuerint, eos poſtquam adoleuerint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factum multa ſimul in ſe abſurda complectitur, cædem [f] videlicet, ac calumniam, & quæcunque aliquis in tali actione facilè enumerauerit: æquũ ſanè erat, vt qui talia perpetrarent, vindictam quæ proficiſcitur ex legibus, non effugerent, ſed quo magis alij exemplo horum temperatiores fierent, extremis pœnis ſubijcerentur: vt qui per actionis impudentiam [g] ſua detulerint flagitia. id quod in poſterum cuſtodiri iubemus.

CAP. I.

QVi itaque ad eum modum in eccleſia, aut vicis publicis, aut aliis locis proiecti fuiſſe comprobati erunt: hos omnibus modis liberos [h] eſſe præcipimus, licet ei qui præiudicio contendit ad hoc, manifeſta exiſtat probatio, & poſſit eiuſmodi perſonam ad ſuum pertinere dominium oſtendere. Nam [i] ſi noſtris præcipitur legibus, vt ægrotantes [k] ſerui à dominis ſuis pro derelicto [a] habiti, & quaſi deſperata iam valetudine, cura dominica non dignati, prorſus ad libertatem rapiantur: quanto [b] magis eos qui in ipſo vitæ principio aliorum hominum pietati relicti, & ab ipſis enutriti fuerunt, non ſuſtinebimus in iniuſtam ſeruitutem pertrahi? Quin ſancimus, vt tam religioſiſſ. Theſſalonicenſium archiepiſcopus, quàm ſancta Dei ſub ipſo conſtituta eccleſia, & gloria tua his opem ferat: neutiquam illis qui hæc patrant, legibus noſtris conſtitutas pœnas effugientibus: nimirum qui omni inhumanitate & crudelitate referti ſint, tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitoſioribus id inferunt.

[e] Expoſitum & ab alio educatum, dominus in ſeruitutem vindicare non poteſt.

[f] Homicidij ſpecies, infantem exponere. Negat enim alimenta qui exponit: qui negat alimenta necare intelligitur *l. 4. ff. de agnoſcẽd. lib.*

[g] Nemo auditur turpitudinem ſuã allegans .i. poſtulans lucrum ex ſua turpitudine & impudentia.

[h] Infantes expoſiti, ipſa expoſitione liberi fiunt & liberi cenſentur.

[i] Nota argumentum ſumptum à domino ſeruum exponente, ad patrem infantem filium exponentem. Aliud in eo qui ſeruum capitali fortè iudicio expoſuit *l. 13. ff. de ſtatu.*

[k] *Vide legem 2. ff. qui ſine manumiſſ. adde legem 2. §. 2. Codice de bonis libert.*

[a] *adde l. 8. ff. pro derelicto.*

[b] Magis peccat qui infantem exponit, quàm qui grandem natu.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm qui eundem pro tempore magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & obtemperans vobis cohors, effectui ac fini tradere & obſeruare ſtudento. Quinque etenim librarum auri pœna imminebit tam his qui hæc tranſgredi pertentauerint, quàm qui alios tranſgredi permiſerint.

DE HIS QVI IN OSDROENA ILLICITAS [c] CONTRAhunt nuptias.

Tit. XXXVI.

*NOVELL. CONSTIT. CLIIII.*

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Floro comiti ſacrarum rerum priuatarum.

PRÆFATIO.

PRÆTER opinionem incertus ad nos rumor peruenit, quòd hi qui Meſopotamiam & Oſdroenam prouincias incolunt, illicitis ſe iungere auſint nuptiis: & Romanas leges, neque non interminatas in iis pœnas veteres ſimul & nouas tranſgrediantur, illicitas ac prohibitas incidẽtes nuptias, dum vicinis [d] & adiacentibus populis morem gerunt. Cæterùm nos nihil quicquam horum credidimus. neque enim arbitramur homines eſſe, qui quidem, cùm portio ſint noſtræ reipub. tale quid facere audeant, quo facto & progeniem ſuam dehoneſtent, & confundant [e] nomina.

CAP. I.

VNde & perueſtigare ea volumus, & ſi omnino huius generis aliquid factum ſit, extremum delinquentibus inferre ſupplicium. Sed quia & longum tempus eſt, neque credimus eiuſmodi aliquid delicti admiſſum eſſe, vt maximè huiuſmodi quid contigerit, tamen quod præteriit, quocumque ſe modo habeat his, qui Oſdroenam & Meſopotamiam prouincias incolunt: propter diuerſas hoſtium irruptiones, quæ quotidie in ipſis fiunt, indulgemus [f], maximè verò quia agreſtis [g] vt plurimum multitudo hæc fertur delinquere: ſinimusq; ea manere ſub præſente forma, haud ſcrupuloſius nimisque anxiè hæc inquirentes, quæ vſque ad nouellam ſacram de hoc noſtram (vt potuit fieri) conſtitutionem perperam admiſſa fuerunt: ſed omnem huiuſmodi de hoc inquiſitionem contra perſonas & res ad earum prouinciarum incolas pertinentes prohiberi ſancientes. Poſt [h] noſtram verò legem, quæ nuper de hoc fuit propoſita, ſi quis præſumpſit, aut etiam præſumpſerit tale quid facere: volumus, vt is extremis ſubdatur pœnis, ſciturus, quòd non intra pecuniarias pœnas reſiſtemus, ſed tam ipſum, quàm vxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis poſt noſtram conſtitutionem digna animaduerſione perſequemur, & periculum † capitis ſimul atque bonorum ademptionem irrogabimus: nulli parcentes, ſiue maioris ſiue minoris ſtatus, aut conditionis, aut (quod multo etiam difficilius eſt) ſacerdotij ſit, ſed omnibus plectendis ſolennem & Romanis legibus decentem ordinem conſeruabimus; non tantummodo partem bonorum ablaturi, ſed & cum toto patrimonio partem corporis: & ſi importunius illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipſam etiam vitam quoquam ſaluare queunte: vt per omnia pœnæ conſectaneæ ſint delictis. Oportet enim recta pariter ac conuenientia ſapere, & alios ad earundem rerum æmulationem excitare: non

[c] huc refer Nouell. 139. de indulgentia illicitè contractarũ nuptiarum.

[d] putà Perſis.

[e] *Nouell.* 12.

[f] Principes iuſta nonnũquam de cauſa, indulgere poſſunt illicitas nuptias *adde l. 57. ff. de ritu.*

[g] Ruſticis magis parcitur, quàm aliis, in iis quæ fiunt ignorantia iuris *adde Nou. 144. c. 2.*

[h] Quoties lex in præteritũ aliquid indulget, in futurũ vetat *l. 22. ff. de legib. Nou. 127. c. 4.*

† Pœna inceſtarum nuptiarum, alia fuit olim *l. 6. Cod. de inceſtis.*

verò

verò ipſos perpetrare legibus contraria, & ex mutua [a] vitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conſeruari in prædictis prouinciis volumus: tam ciuilibus, quàm militaribus magiſtratibus idipſum cuſtodientibus, & vt pœnæ delinquentibus imponantur, procurantibus. Atque hoc mandatu tuo volumus ibi locorū programmatis per proprios magiſtratus manifeſtum fieri: niſi & ipſi extremis ſubdi velint ſuppliciis, ſimul & magiſtratuum ac bonorum amiſſionibus, ſi quid horum per negligentiam omiſerint.

[a] Exempla, delictum nō excuſant.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua effectui & fini tradere.

VT [b] MATRES ETIAM TVTELAE RATIONIBVS OBnoxiæ [c] ſint.

Tit. XXXVII.

*NOVELLA CONST. CLV.*

Imper. Iuſtinianus Auguſt. Biliſario.

PRAEFATIO.

PORREXIT potentiæ noſtræ ſupplicationem Martha clariſſ. fœmina, qua continebatur, quòd magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cùm obiiſſet mortem, tenera admodum ætate ipſam reliquerit: quodque clariſſ. mater eius Auxentia, teſtatione apud actorum monumenta depoſita, non ſe ad ſecundas perueturam nuptias, tutelam eius ſubierit: & legibus noſtris de hoc definito iureiurando [d] præſtito, res adminiſtrauerit. His ita ab ea geſtis, quaſi neque iuſiurandum ab ipſa præſtitum, & deſpicabile patrimonium relictum eſſet: paucula [e] quędam in inuentario ab ea confecto deſignaſſe. poſtea etiam ſecundas elegiſſe nuptias, cùm [f] tutorem ipſi nominaſſet Petrum. Item è ſecundo matrimonio duos habuiſſe filios. & cùm rectè erga ipſam [g] affecta non eſſet: inſtitutum quidem ab ea tutorem adminiſtratione deſtitiſſe, cùm ipſa vix decimum tertium apprehendiſſet annum: petiiſſeque, vt ſecundæ ætatis curatorem quæreret, mox etiam perſuaſiſſe, vt pro ſe acceptilationes conſcriberet, & omni actioni, quæ ſecundum leges ipſi poſſet competere per cauſam tutelariū rationum, in iſtiuſmodi acceptilationibus renunciaret: cùm in cubiculo per id tempus eſſet, neque quicquam ſciret eorum quę gererentur. Neque [h] enim poſſibile fuit, vt ea, quæ apud illam educaretur, neque in vllo contradicere poſſet his, quæ aduerſus ipſam gererentur, vt maximè inferri ſibi detrimentum ſenſiſſet: aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuiſsēt ad ipſius attētata iacturam. Poſtquam verò tēpus effecerit, vt quæ aduerſus ipſam agitata eſſent conſilia, perſentiſceret: ſe quidem apud matrem vſam exhortationibus, ne his, quę in fraudem ſuam geſta eſſent, perperam vteretur: ſed vti matrem deceret, ſe oſtenderet: & quas primùm res in bonis habuiſſe noſceretur, ſibi reſtitueret. Ipſam verò cùm ſe totam filiis ex ſecundo matrimonio procreatis expoſuiſſet [i], neutiquam iſtiuſmodi rationes edidiſſe. quin è contrario ſacram noſtram prætendiſſe ſanctionem, qua continetur, nō poſſe reſtitutionis contra [k] ipſam iura in vſum aſſumi: tametſi [l] ea nihil eius generis de matribus, quæ filiorum tutelam ſuſcepiſſent, & ſecundas exoſculatæ eſſent nuptias, ſanciret. Atque ea de cauſa ſupplicationem nobis porrexit. quo magis & mentem ſacræ conſtitutionis redderemus manifeſtam & extra controuerſiam poſitam: neque ſi perperam in ea contentis vteretur Auxentia mater eius, res à patre relictas in lucrum proprium conuerteret.

[b] Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ ſint *Index reginæ*.
[c] maximè ſi nubant *Nouella* 22.
[d] *Nouell.* 22. c.40: *l.* 2. *Cod. quando mul. tut. off.*
[e] & ita inuentarium illegitimum fuit.
[f] Mater ob ſecundas nuptias priuatur tutela liberorū. poteſt tamen eis tutorem nominare. qđ vt fiat ℣. c.1. ȷ.
[g] *Nouell.* 6. *de qua* ſ̃.
[h] Iuſtum matri non contradicēdi metum habet filia minor annis, quæ in matris domo verſatur.
[i] contra voluntatem legum *Nou.* 2.
[k] .i. negabatur filiā poſſe reſtitui aduerſus matrem.
[l] Lex quę negat liberos in parentes reſtitui, non prodeſt illis parentibus, qui ad ſecundas nuptias conuolarūt. c.1. ȷ.
[m] *dic* ℣*t* ſ. *eod.*

CAP. I.

CVm igitur hæc in ſe contineret ſupplicatio: meritò ad ſacram hanc pragmaticam formam reſpeximus. Per quam ſancimus, vt quoniam [m] ſacra noſtra ſanctio nullā mentionem facit earum mulierū, quæ ſuſcepta filiorum ſuorum tutela, ſecundas amplexę ſunt nuptias: non liceat Auxentiæ clariſſimæ fœminæ eam ſacram noſtram ſanctionem perperam in vſum deſumere. Propter cauſas autem prædictas, & quia monumenta actorum, ſub quibus Marthæ filiæ ſuæ tutelam ſuſcepit, oſtendunt legibus definitum ipſam iuſiurandum [a] præſtitiſſe, non ſe ad ſecundas perueturā nuptias, & ꝙ iuſiurandum aſpernata, in matrimonium ſecundo ſe marito iunxit, & ſuſceptis ex eo liberis, effecit, vt clariſſima filia eius Martha pro rerum reſtitutione acceptilationes in ipſam exponeret: ſummam vtique licentiam habere Martham clariſſi. fœminam poſſe ſancimus, vt reſtitutionis [b] in integrum iure vtatur, præſertim cùm nondum ſe viceſimum quintum ætatis ſuæ annum exceſſiſſe profiteatur. ſacra ſanctione à nobis propoſita, quæ ſancit, ne [c] filij contra parentes ſuos, aut liberti contra patronos ſuos poſſint reſtitutionis in integrum iure vti: neutiquam ipſi obijcienda, propterea quod nihil lex de his diſputet, quæ filiorum ſuorum tutelam ſuſceperunt. quin contrà, eo quòd altera [d] poſt hæc ſacra noſtra proceſſerit ſanctio, quæ ſancit, ne qui tutores conſtituuntur, aliter filiorum ſuorum tutelam ſuſcipiant, quàm ſi deſignationis ſuę tempore apud [e] acta depoſuerint, quòd pupillos indefenſos non relinquent: & ſi contingat etiam matrem filiorum ſuorū tutelam ſuſcipere: vt & ipſa hoc faciat, tutelaribusque rationibus obnoxia ſit: & ſi alium pro ſe deſignare tutorem velit, vt ſuo [f] & ſubſiſtentium illi rerum periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam caſu conuenit, vt ſi Martha clariſſ. fœmina comprobauerit, non præterijſſe ea [g] tempora, in quibus reſtitutoriæ ipſi actiones competunt: tam reſtitutione in integrum vtatur, quàm omnibus aliis, per quæ leges noſtræ minoribus ætate opem & auxilium præbent. Sancit etenim noſtra potentia, vt omnis reuerentia [h], quæ parentibus debetur à liberis, item honor, atque obſequium parentibus conſeruetur: dum tamen nihil ab ipſis in illorum detrimentum fiat. Vt verò ex prioribus nuptiis filios deſpiciamus, neque religioni putamus cōſentaneum: neque alioqui conuenire, vt res, quæ ex paterna ad ipſos peruenerunt, ſubſtantia, huiuſmodi matres poſſint vel ſibi, vel his, qui ſecunda vice ipſas habent in matrimonio, vel ex iſtiuſmodi matrimonio procreatis liberis lucrifacere.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua vna cum beatiſs. archiepiſcopo Theopolitanæ [i] eccleſię, effectui & fini tradere. Dat. Kalen. Febr. Conſtant. DN. Iuſtin. PP. Auguſt. V.C.Conſ.

[a] *l.* 2. *Codice quando mul.*
[b] Filia reſtitui aduerſus matrē ſecundo nubentē; eique acceptilationem ſeu apocham rerum geſtarū ab ea condicere.
[c] *l.* 1. *l.* 2. *Cod. qui et aduerſus quos in integ. reſt. nō poſſunt*: *l.* 11. *ff. de dolo*: *l.* 17 *in ſ. ff. de minoribus.*
[d] *l.* ℣*lt.* §. 2. *Co. de adminiſt. tut.*
[e] *d.* §. 2.
[f] *d.* §. 2.
[g] ℣. *Cod. de temporib. in integ. reſtit.*
[h] Tria hîc coniungit, αἰδῶ, τιμὴν, θεραπείαν *l.* 1. *ff. de obſeq. parentib. & patron. præſt.*
[i] .i. Antiochiæ.

DE PROLE [k] PARTIENdā inter ruſticos [l].

Tit. XXXVIII.

*NOVELLA CONST. CLVI.*

PRÆFATIO.

DOCVERVNT nos, qui ſacroſanctę Apamienſis eccleſiæ negotia gerunt, quod ad alios quoſdam pertinentes ruſtici cum ruſticanis mulieribus ſuis ſe coniunxerint, exindeque procreauerint filios: petieruntque, vt & ruſticos ipſis adſignarent, & horum filios maternum ſequentes vterum. Sed qui hæc petunt, hi ſanè conſtitutionem noſtram, quæ nuper prodiit, intelligere non videntur, quid ea ſibi velit.

CAP. I.

NAm ſi liberi aliqui ſe adſcriptitiis coniungant: ſecundum rationes conſtitutione comprehenſas, infantes matrem ſequentur. vnde ad libertatem non perueniunt. Si verò ruſtici ſint: non amplius conſtitutioni illi per omnia locus ſit: ſed quemadmodum nuper [m] decreuimus, & lege cauimus, proles diuiditur [n] in partes. Et ſi quidem æqualis ſit [o] natorum numerus: in duas partes diuiditur. ſi inæqualis, aut etiam vnus tantùm natus ſit: tunc quod redundat, venter [p] habet, propterea quòd & amplius laborauerit. & vnus quidem ſi ſit, matrem ſequetur. ſi verò tres nati fuerint: duo quidem duæve matrem ſequentur, vnus autem ad proprietatem paterni dominij perventurus eſt. atque ita ſemper (vt prædiximus) id quod impar [q] eſt, habebit venter. Et ſecundum hæc Apamienſes quoque prolem partiri debent.

[k] de ſobole cum colonis partiēda. *Index Reginæ.* hæc conſtitutio cōfirmat Nouellā 162. quę hac tempore poſterior eſt.
[l] Qui ex mea adſcriptitia & tuo adſcriptitio naſcitur, meo dominio ſubijcitur. ſi duo naſcūtur: ſecūdus tui ſit dominij: ſi tertius, mei: & ſic deinceps. vt quoties impar fuerit numerus; impar matrē ſequatur *Nou.* 162.
[m] *Nouell.* 164. quæ hac eſt poſterior.
[n] Dandū eſt enim aliquid matri ꝓpter puerperij difficultatem ℣. *l.* 12. §. 1. *Cod. qui potior.*
[o] Quid ſi duo ſimul naſcuntur, quis eliget? forte res definietur. id enim fit in aliis cauſis *l.* ℣*lt. in princip. Cod. comm. de legat.*
[p] In pari iure, partus ventrem ſequitur.
[q] Inter coniuges adſcriptitios, filij impares ventri cedunt, id eſt, conditionem, & dominium matris ſequuntur.

tiendam eſſe cognoſcunto: vt quod multis retro temporibus in controuerſia fuit poſitum, intelligant denuò ſub noſtram redactum ſanctionem.

## DE RVSTICIS [a] QVI IN ALIENIS PRAEDIIS NVPTIAS contrahunt. [b]

Tit. XXXIX.

*NOVELL. CONSTIT. CLVII.*

Imper. Iuſtin. Auguſt. Lazaro Comiti Orientis.

PRÆFATIO.

EX his, quæ diuerſimodè ad nos relata ſunt, didicimus in Meſopotamia & Oſdroena prouinciis quidpiam delinqui, noſtris planè temporibus indignum. Conſuetudinem [c] etenim apud ipſos eſſe, vt qui ex diuerſis [d] originem trahant prędiis, nuptias inter ſe contrahant. Inde ſanè conari [e] dominos, de facto iam contractas nuptias diſſoluere, aut procreatos filios à parentibus abſtrahere, exindeque totum illum locum miſerè affligi, dum & ruſticani viri & mulieres ex vna parte diſtrahuntur, & proles his adimitur, qui in lucem produxerunt: & ſola noſtra opus eſſe prouidentia.

CAP. I.

SAncimus igitur, vt prædiorum domini de cætero ruſticos ſuos, prout voluerint, conſeruent: neque quiſquam eos qui iam coniuncti ſunt, poſſit ſecundum conſuetudinem prius obtinentem diuellere, aut compellere vt terram ad ipſos pertinentem colant, abſtrahe-réve à [f] parentibus filios prætextu conditionis colonariæ. Sed & ſi quid huiuſmodi fortè iam factum eſt: corrigi hoc ſimul, & reſtitui efficies, ſiue filios abſtrahi contigerit, ſiue etiam mulieres, nempe vel à parentibus, vel contubernij conſortibus: eo, qui reliquo deinceps tempore huiuſmodi aliquid facere præſumpſerit, etiam de ipſo prædio in periculum vocando. Quare libera ſunto contubernia metu, qui dudum ipſis immittitur, & parentes habento ex hac iuſſione filios ſuos: nequeuntibus prædiorum dominis ſubtilibus contendere rationibus, & vel nuptias contrahentes, vel filios abſtrahere. Qui enim tale quid facere præſumpſerit: etiam de ipſo prædio in periculum veniet, cui eos vindicare ruſticos attentat.

EPILOGVS.

¶Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea prouidentiam habeto magnificentia tua, tibique obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magiſtratum geret, vt ad effectum deducantur conſeruenturque: trium librarum auri pœna imminente ei, qui vllo vnquam tempore hæc tranſgredi attentauerit. Dat. Kalend. Maij. Conſt. DN. Iuſtiniano PP. Auguſt. Biliſ. [g] V. C. Conſ.

## VT [h] DELIBERANDI IVS etiam ad impuberes tranſmittatur.

Tit. XL.

*NOVEL. CONSTIT. CLVIII.*

PRÆFATIO.

OBLATÆ nobis à Thecla, quæ & Manno appellatur, preces ſunt, quæ declarant Theclam quandam è vita deceſſiſſe, relicta Sergia filia impuberem ætatem agente: cumque vix ſedecim dies matri ſuperuixiſſet filia, obiiſſe & ipſam mortem in contagione illa, quæ nuperrimè homines inuaſerat. Eam verò, quæ nobis preces porrexerit, inquit Sergiæ patri [i] ſororem extitiſſe. Coſmam autem Theclæ fratrem Sergiæ hæreditatem vindicaſſe, dictaſſeque eo nomine iudicium. Rurſum hanc, ne non rectè contentiones ſereret, abiiſſe ad Ioannem prouincialis fori aduocatum, percontatum [k] de legibus, quæ hanc cauſam concernerent. Illumque reſponſum in ſcriptis [l] ædidiſſe

[a] de colonis &c. *Index reginæ.*
[b] in Meſopotamia ſcil. & Oſdroena. *Index reginæ.*
[c] Conſuetudo in nuptiis attenditur.
[d] Perſonę adſcriptitiæ diuerſorū dominorum, inter ſe poſsūt nuptias contrahere.
[e] Domini nō poſſunt adſcriptitiorū matrimonia diſſoluere.
[f] Eſt enim dura ſeparatio parentum è liberis. V. *l.* 8. *ff. de pignor. l.* 71. §. 3. *in f. de leg.* 1. *l.* 42. §. 2. *in f. ff. de leg.* 3. *l.* 3. *ff. de liberali. Paul.* 5. *ſent.* 6. §. *Vlt.*
[g] .i. anno 541.
[h] vt ius deliberandi etiā impuberes tranſmittant *Index reginæ.*
[i] Moritur aliquis impubes non adita hæreditate, quis illi ſuccedet? num auunculus, num amita, num vterq;.
[k] Rei cōuenti, olim ſine aduocati conſilio non temerè actiones vllas excipiebant. & breuiter, litē nunquā ſuſcipiebant patrono inconſulto *l.* 17. §. 1. *ff. ſi ſeruitus vindic.* ibi, *omnes conſilium iuriſperiti dederūt.* Teſtamenta etiam vix ſine iuriſperito faciebant. *l.* 88. *in f. ff. de legat.* 2: Inde eſt quòd non toleretur ignorantia in eo qui Iuriſconſulti copiam habere potuit *l.* 9. §. 3. *ff. de iur. & facti ignor.*
[l] Aduocati, reſpōſa ſua in ſcriptis reddebant.

eo ipſo ſignificantem, quod Sergiæ ad ipſam delata eſſet hæreditas. Atque ea ſanè de cauſa controuerſiæ iudicem delegiſſe [a] ipſum Ioannem, Coſmæ partes agente Æſculapio quodam ſcriniario per Orientem magiſterij militum. Sed Ioannem contrariam edidiſſe ſententiam his, quæ in ſcriptis reſponderat, vſurpata ad hoc in ſententia lege [b] iuſtiſſ. principis Theodoſij, quæ dicit non poſſe eum, qui nondum ſeptem [c] annorum natus ſit, maternam vindicare hęreditatem, niſi tutorem habeat: ſed vt ad illos ea deferatur, quibus competitura eſſet, & ſi defunctus impubes ad hæreditatem legibus vocatus non eſſet. Neq; hęc tantùm protuliſſe in ſententia, ſed & effeciſſe [d], vt quæ nobis ſupplicaret, conſequenter ſecundum ſententiam pacta iniret, & eadem denuò dictaret Æſculapio, qui pro Coſma cauſam egerat. Petiitq; nos, vt ipſam tā miſerè affectam iniuria reſpiceremus: & maximè cùm lex [e] in Codice, qui de noſtro nomine cognomen accepit; poſita ſit, quæ innuat, rectè maternam hęreditatem vindicare eum, qui fari poſſit: & rurſus alia [f] à nobis lege propoſita, quæ vult, vt ſi quis hæreditate ad ipſum delata, antequam eam vindicet, aut contrariam ea in re ſententiam ſuam oſtendat, ex hac vita emigret: ſuper ea hæreditate deliberandi ius ad hęredes ſuos trāſmittat. Porrò eam legem, quæ nuper [g] à nobis propoſita ſit, qua idem in hæreditatibus ordo adgnatis [h] pariter & cognatis tribuitur: locum in hac controuerſia non habere, cùm antiquior ſit noſtra [i] cuius occaſione lex illa valere iuſſa eſt.

CAP. I.

SAncimus igitur, vt gloria tua, ſi [k] hæc ita ſe habere compererit: opem ferat ſupplicanti, & legē noſtram illi conſeruet, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergia ante exceſſum anni poſt matrem ſuam demortua, volentique maternam Sergię hæreditatem vindicare, eius agendi copiam præbeat. Neq; enim pugnare inter ſe aliquis Theodoſij pientiſſ. principis [l] & noſtram [m] legem dixerit: cùm in eodem vtraque volumine ſit poſita, & nos per conſtitutionem, quam pro eo poſuimus, obfirmauerimus, nihil in eo reſidere contrarij. Sed obtineto quidem lex noſtra in præſenti controuerſia, & omnibus caſibus in quæſtionem deducto aſſimilibus: obtineto autem Theodoſij ſacratiſſim. principis lex, in quibus [n] annum præterire contigit, & deliberandi tempus elapſum eſt. Pacta enim poſt ſententiam conſcripta, cum altero inita, qui obligationem adquirere non potuit: manifeſtum eſt, quòd nullam actionem Coſmæ de his, quæ inibi confeſſa fuerunt, dederint. Datum pridie Idus Iulij, Conſtantinop. DN. Iuſtiniano PP. Aug.

## VT [o] RESTITVTIONES FIDEIcommiſſi vſque ad vnum [p] gradum conſiſtant.

Tit. XLI.

*NOVEL. CONSTIT. CLIX.*

Imper. Iuſtin. Aug. Petro glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconſule & patricio.

PRÆFATIO.

TANTVM nobis benignitatis adeſt, vt ne priuatas quidem cauſas, quæ iudicum nobis inquiſitionem ſuperare videntur, legibus noſtris definire indignum putemus: ne ſi quando priuata cauſa audientiam in iudicium deferri ſolitam

[a] nota de cō promiſſo in aduocatum & ſcriniariū facto.
[b] *l.* 18. *Cod. de iur. delib.*
[c] .i. infantē.
[d] .i. effeciſſe vt ſententiæ arbitriū confirmarent.
[e] *l.* 1. *C. d. tit.*
[f] *l.* 18. *Cod. de iure delib.*
[g] *Nouell.* 118. *cap.* 3.
[h] iuris adgnatici & cognatici nulla hodie differentia eſt in ſuccedendo.
[i] id eſt, cùm hic caſus qui nunc proponitur, ſit antiquior Nouella 118. perquā ſublata eſt differētia iuris agnatici & cognatici. & ita leges non trahuntur ad pręteritos caſus *l.* 7. *Co. de legibus.*
[k] id eſt, ſi preces veritate nitūtur. hæc .n. conditio tacitè ineſt reſcriptis V. *l.* 7. *C. de diuerſ. reſcript.*
[l] *d. l.* 18. *Cod. de iure delib.*
[m] *l.* 19. *Cod. de iure delib.*
[n] ſenſus eſt, Infantē per ſe non adire hæreditatem matris ſed p̄ tutorem: ſi non per eum intra annum adierit, trāſmittit hæreditatem ad ſuos *l.* 19. *Cod. de iure deliberan*: ſi intra annū adierit, non tranſmittit *l.* 18. *Cod. de iure deliberandi.*
[o] De ſubſtitutione facta in familia morientium, vt vſque ad quartum gradum valeat. *Index Reginæ* [p] μέχρι ἑνὸς βαθμοῦ. ita legitur in editione Scrimgeri & Haloandri Græca. Alciatus legit μέχρι ἐν δ'. & malè. Græci enim ita non loquuntur μέχρι ἐν δε, ſed μέχρι δ. & Iuſtinianus conſtituit, ſi inter filios facta ſit precaria ſubſtitutio, vt non porrigatur vltra filiorum gradum. licet autem poſtea adijciat Iuſtinianus prohibitionem alienationis extra familiam non valere vltra quartum gradum, debet tamen hic titulus à priore eius parte concipi. & à quibuſdam legitur in vulgata, non *quartum*, ſed *quotum*, vide Cuiacium 4. *obſeruat.* 38.

excedat,

excedat, longa mora eos, qui in iure controuerſo hęrent, atterat. Aliquotiès igitur glorioſiſſ. vir Alexander ad nos retulit, glorioſæ memoriæ patrem ſuum Hierum, cùm teſtamenti tabulas conſcriberet, hiſce verbis vſum eſſe, Volo [a] ac iubeo, vt hæredes mei, Conſtantinus quidem clariſſi. vir deputatam ſibi domum cum omnib. ( vt præſcriptum eſt ) cohærentibus illis iuribus, & ſuburbium in Copariis appellatum item cum omnibus ( vt præſcriptum eſt ) iuribus ad ipſum pertinentibus, & domum Antiochiæ ſitam, emptam ab Ammiano: Anthemius verò dulciſſimus ſuburbium in Blachernis [b] dictum, redemptum à glorioſæ memoriæ viris Eugenio & Iuliano, & ſuburbium in promontorio ſinus Soſthenij, quod olim in dominio Ardaburij glorioſæ memoriæ fuit: Callipius autem clariſſimus vir ſuburbium Bytharium, ſiue Philothei nuncupatum: & Alexander clariſſ. vir ſuburbium in Venetis, neque [c] per venditionem, neq; donationem, neque permutationem, neque quocunq; tandem titulo in alium transferant, reijciántve, aut eam domum ſeu præſcripta quinque ſuburbia è meo nomine & mea familia alienent: ſed ſi quidem ( quod Deus faxit ) naſcantur filij, & relictis poſt ſe filiis aut nepotibus, ſiue legitimis, ſiue etiam naturalibus moriantur: vt pro ſe quiſque deputatum ſibi ſuburbium aut domos, tam in hac regia vrbe quàm Antiochiæ poſitas filiis ac nepotibus legitimis aut etiam naturalibus ſuis relinquant. Perſuaſum etenim habeto, quòd neque in naturalibus liberis ac nepotibus diſpoſitionem voluntatemq́ue hanc meam negligent. Si verò in vniuerſum omnes, aut aliqui, aut vnus ex iis ( quod abominor ) ſine liberis decedat: volo & iubeo, vt qui liberis orbi aut orbus mortem obierit, ſuperſtitibus aut ſuperſtiti ex ipſis fratri præſcriptas domos, tam quæ in hac vrbe, quàm quæ Antiochiæ eſt, & item prius declarata quinque ſuburbia cum omnibus eorum iuribus, & omnibus denique rebus ac perſonis, quæ ijs continentur, citra vllam exceptionem reſtituat: ceſſante [d] videlicet inter eos fideicommiſſorum ſeu legatorum ſeruandorũ cauſa ſatisdatione. Volo etenim ac iubeo, ne quiſquam ab alio huius generis ſatisdationem expetat: ijs vel eo, qui præter paternam & pietatis erga ipſos pleniſſimam intentionem meam à fratribus ſuis ſatisdationem in rebus abalienari prohibitis expetere pertentauerint, vel pertentauerit: omni modo eius fideicommiſſi amiſſionem ſuſtinentibus, vel ſuſtinente. Atque hæc quidem ipſum protuliſſe in teſtamento: conſcripſiſſe autem & codicillum in quo talibus propemodum verbis vſus ſit: Manifeſtum [e] planè facio, quod pridem teſtamentum per ſcripturam fecerim, & quæ in eo conſcripta ſunt, ex animi mei ſententia compoſuerim: poſtea voloque ac iubeo, vt omnia, quæ in eo teſtamento continentur, omnimodo firmitatem obtineant: his ſolis exceptis, per quę fortè in hoc meo codicillo vel aliquid mutauero, vel relicta alicui legata ademero. Volo igitur ac iubeo, vt ſuburbium illud meum, quod Coparia appellitant, quod in propoſito teſtamento magnificentiſſ. filio meo Conſtantino reliqui, detur & pleno proprietatis atque poſſeſſionis iure ad clariſſ. pariter & generoſiſſ. nepotem meum, Conſtantini magnificentiſſ. filij mei filium Hierium ſimul vniuerſum pertineat, cum omnibus prætoriis, quæ in eo ſunt, & omnibus ſcalis [g], & quæ extra vel intra vrbem, vel extra vrbem pro penſione elocantur, ædibus atque officinis, & balneo, & hortis tam intra quàm extra muros exiſtentibus, & hippodromo, neque non horto, qui in ipſo eſt, & ciſterna, atque omni denique iure, quod vllo modo in eo mihi ſuburbio competit. Idipſum [h] verò ſuburbium tunc demum prædicto clariſſ. nepoti meo Hierio dari volo, cùm [i] primum poſt meam mortem patris ſui poteſtate ſolutus, per emancipationem ſui iuris factus erit: nulla licentia eidem generoſiſſ. nepoti meo concedenda, vt præfinitum rei terminum excedat: aut ijs, qui vel ex hoc meo, vel eiuſdem clariſſ. nepotis teſtamento in eadem iura ſucceſſerint, vt idem ſuburbium, vel partem eius aliquam, vel ius diuendant, permuténtve, aut alicui donent, aut quocumque titulo denique abalienent: propterea quòd

[a] Series ac recitatio teſtamenti.

[b] de Blachernenſi ſuburbio aliàs dixi.

[c] Poteſt teſtator rerũ ſuarum alienationem prohibere, & hęredes damnare ne vendãt.

[d] Teſtator remittere poteſt hæredibꝰ mutuã ſatisdationem *l. 2. Cod. Vt in poſſeſſ.*

[e] Codicillis confirmatur teſtamẽtum.

[f] Teſtamento relicta, codicillis poſſunt adimi.

[g] Scalæ, traiectus maritimi *l. 7. C. de aquaduct.* vel portꝰ aut ſtationes nauiũ authore Moſchopulo περὶ σχεδῶν Alciatus perperam cœnacula.

[h] Facti ſpecies hæc eſt, Parens Conſtantino filio teſtamento adſcribit fundum: poſtea codicillis eũdem fundum Hierio nepoti ſuo ( id eſt, filio Conſtantini ) legat, cùm emancipatus eſſet interdicta ei omni alienatione extra familiam, tã ei quàm eius ſucceſſoribꝰ: eique, quo caſu ſine liberis Hierius moreretur, poſt Conſtantinũ patrem ſubſtituit. His ita rei cõfectis, moritur teſtator, moritur Cõſtantinus. Moriens Hierius transmittit fundum filio, id eſt, pronepoti teſtatoris, & is rurſus abnepoti, eique, ſi impubes decederet, ſubſtituit extraneos, matrem & vxorẽ. Quæritur, an fundus debeatur? Conditio legati ita concepti, Ne fundus de familia defuncti, eiuſque nomine exiret, videtur obſtare: ſed tamen quia fundus eucurrerat per quatuor gradus hæredum, lex vetat teſtatoris prohibitionem vlterius extendi, & ita vult deberi fundum vxori.

[i] Legatur in tempus emancipationis *Vide l. 46. ff. de hæredibus inſtituendis.*

hoc ipſum ſuburbium & ædes ſitum ſitáſve intra portam muri ficulnei, quà via ducit ad ſacroſanctum Martyreium ſanctæ Theclæ, per omnia & perpetuò velim permanere in familia mea, neque vnquam de meo nomine egredi. Volo autem & iubeo, ſiquidem eueniat, vt generoſiſſ. nepos meus Hierius vel intra pubertatem, vel etiã poſt pubertatem, ſine liberis tamen legitimo matrimonio procreatis moriatur: vt eius ſuburbij ſiue ædium poſſeſſio ſimul & proprietas perueniat, & deferatur, aut reſtituatur magnificentiſſ. patri eius Conſtantino ſub eadem conditione, ne [a] vnquam de familia mea meoque nomine abalienentur. His ita confectis, ipſum quidem è rebus humanis abijſſe. Hierium verò glorioſæ memoriæ domum quidem Theopoli ſitam, quæ ſucceſſione paterna ad ipſum peruenerat, aliis perſonis vendidiſſe: ipſam autem domum, quæ in hac alma vrbe eſt, & inſuper ſuburbium, quod illi codicillo datum erat, in quibus omnibus interdicta fuerat alienatio, ad Conſtãtem glorioſæ memoriæ filium ſuum tranſmiſiſſe. Illumq́ue rurſus prægnante vxore relicta vitam finijſſe: ſcripto prius teſtamento, in quo diſpoſuerit, vt ſi puer vel natus non eſſet, vel natus ante pubertatem mortuus eſſet: tam glorioſiſſ. eius mater Maria, quàm inclyta etiam vxor eius altera Maria ad ſucceſſionem eius vocarentur. Poſtea verò quàm nata filia in ipſa infantia & teneram adhuc ætatem agens, humanis rebus exceſſit: cum reliquam ſubſtantiæ partem, tum etiam domum in ampla hac vrbe, & inſuper ſuburbium, quod expreſſis verbis Hierio glorioſę memoriæ in codicillo relictum fuit, ad inclytas mulieres deuoluta eſſe: meritoq; tam ex teſtamento, quàm ex verbis codicilli, domum iuxta & ſuburbium vindicandi ſibi locum datum, vtpote qui ſolus hoc tempore ex Hierij glorioſæ memoriæ liberis ſuperſtes permanſerit, & primum gradum in nomine familiæ obtineat. Verùm qui pro Maria & Maria glorioſiſſ. fœminis faciebant verba, hi agebant, neque teſtamenti verbis vllum locum factum eſſe. Neque enim Conſtantem glorioſæ memoriæ abſque liberis ex rebus humanis abiiſſe, vt vtrarumque ædium reſtitutioni locus ſit. Sed neque ſuburbij nomine ritè ſecundumq́ue leges Alexandrum glorioſiſſ. virum haſce adoriri: cùm & ipſe ſuburbiũ, quod ipſi relictum fuerat, in quo communis pater æquè, vt in cæteris, alienationem illi prohibuit, ante id tempus alienauerit: ſed & alios fratres idem hoc feciſſe. Et leges noſtras, ſiquidem omnes ordine, in quibus huiuſmodi aliquid definitum ſit, defuncti voluntatem tranſgrediantur: ex æquo omnibus reſtitutionem adimere: ne ſi viciſſim alter alterum mutua petitione in ius vocent, multis in vna cauſa ſubdantur iudiciis, legesq́ue de hoc propoſitas nobis reuocarunt in memoriam. Alexander autem glorioſiſſ. vir rectè ſe actionem intentare aiebat, & maximè de vtriſque ædibus. defunctum enim ſatis manifeſtè ſuam in codicillo ſententiam de iis rebus declaraſſe, cùm res familiæ conſeruari voluerit: ſed multò iuſtioribus ſe rationibus inniti in ſuburbio. Neque enim rectè illas ſibi alienationem exprobrare, cui ex imperiali iuſſione hoc facere indultum fuerit. Ac prolixis in ea cauſa diſputationibus vtraq; pars vſa eſt, nunc teſtatoris interpretando voluntatem, nunc noſtras vſurpando leges, quas in rem quæque ſuam facere arbitrabatur.

## CAP. I.

NOs igitur cùm & legum, & teſtamenti interpretationem perſpectam haberemus: non nuda ſententia, ſed lege [b] eius cauſæ deciſionem complectendam duximus, ſimul vt pręſentem dirimeremus controuerſiam, ſimul vt cæteris mouendæ de his contentionis anſam præriperemus. Vnde ſubtilius pariter & exactius teſtamenti verbis innixi, depręhendimus ipſis quidem filiis hæreditatem capeſſentibus *alienationem interdictam, ſi ſine liberis vita functuri eſſent, non vlterius verò his etiam qui eis filijs ſuccederent*: ſed contentum fuiſſe defunctum, ſi inter filios duntaxat alienationis interdictum conſtitueret. neque enim ſi & ipſi relictis filiis decederent, maiore ipſum cura perquiſiiſſe, cui aut quomodo res relinqueretur: nec voluiſſe alienationis interdictum vltra [c] filiorum vitam extendere. Enimuerò codicillum, qui de ſuburbio dumtaxat factus fuit, interdixiſſe his etiam, qui ex teſtamento glorioſæ memoriæ Hierij ( de iuniore loquimur ) res per ſucceſſionem cepiſſent, ne ſuburbium alienarent, & quod conſequenter inducitur, in his quoq; defunctum voluiſſe, vt id perpetuò in familia permaneret. Et quidem quę in controuerſiam deducta ſunt, eiuſmodi fuerunt.

[a] Nota de cõditione legato adpoſita, Ne legatum de familia vnquam exeat *l. 7. §. 27. l. 88 §. 15. ff. de legat. 2. Nouell. 119. c. 11: Nouell. 120. c. 9.*

[b] i. eo animo, vt quæ hic dicũtur pertineant ad omnes caſus ſimiles.

[c] Interdicta filiis alienatione, ſub hac cõditione, *Si ſine liberis deceſſerint*, natis liberis, finitur prohibitio, ita vt & nepotes poſſint bona extra familiã alienare. Quid ſi ꝓhibitio facta ſit in infinitũ, & ſubſtitutio precaria adiuncta? non debet extendi vltra quartũ gradum.

CAP. II.

NOs [a] verò cùm totam cauſam cum diligentia qua decet, penitus intueremur: in aliis quidem rebus, quarum ſanè Conſtãtinus glorioſæ memoriæ, Hierij ſenioris filius, ex paterni teſtamenti tabulis dominus factus fuit præclarè nullam quæſtionem excitandam rati ſumus, arcendumque in his actione, non ſolum Alexandrum glorioſiſſimum virum, ſed etiam omnem reliq familiam: cùm & teſtamenti verba prohibitionem inter ſolos conſtituant filios: & ipſi glorioſæ memoriæ Hierij filij, per quos qui poſt eos illius familiæ portio extiterunt, Hierij ſibi iura vindicant, nonnullas apud ſe conſtitas res alienauerint, perinde quaſi ex vna voluntate ſubſtitutionem interdixerit. Quod autem ad ſuburbium attinet, cuius dominum codicillus oſtendit eſſe glorioſæ memoriæ Hierium, preter modũ ſcrupuloſa nobis diligentia plenum viſum eſt, ſi poſt quatuor demum generationes huiuſmodi quæſtionem produceremus in medium. Nunc certè cùm Maria & Maria glorioſiſſ. fœminæ etiamnum ſuperſint, quas alicubi & ipſas noſtræ leges in familiam reponunt, vt quæ ſponſas quoque hac appellatione dignentur: neque rectè, neque ordine Alexander glorioſiſſ. vir litem à ſe prætenſam inſtituit. Quin vt maxime hæ deceſſiſſent: tamen quòd quatuor [b] iam generationes præteriiſſe viderentur, haud ſuſtineremus tam obſoletam cauſam denuò tradi iudiciis, & maximè cum Conſtantis filia in pupillari adhuc ætate vitam finierit. Vnde tametſi teſtamentum ille non confeciſſet, ſuburbium tamen ad matrem eius perueniſſet: non ipſa pupilla, ſed ipſa quodammodo lege horum cauſa exiſtente: quamuis nemo ſucceſſorum glorioſæ memoriæ Hierij circa voluntatem eius deliquiſſet. Licet enim Cõſtans, cùm teſtamenti tabulas conſcriberet ſubſtitutiones quaſdam fecerit, filia intra pubertatem mortua: nihil tamen inde excellẽs introducitur: cùm & ipſa lex pupillæ ſubſtantiam matri, quaſi ea ſine teſtamenti tabulis deceſſiſſet, per ſe præbitura eſſet.

CAP. III.

SAncimus igitur, vt neque glorioſiſſ. vir Alexander, aut eius filij, neque reliqui ſenioris Hierij glorioſæ memoriæ liberi, neque [c] alius quiſquam omnium, qui genus ſuum in eorum familiam referunt, vel Mariam & Mariam glorioſiſſ. fœminas occaſione rerum apud ipſas conſiſtentium, vel alios, apud quos aut hoc tempore res exiſtant, aut ad quos ſequente tempore peruenturæ ſint, in [d] quibus alienationem fortè Hierius glorioſæ memoriæ prohibuit, adoriantur iudicio, aut omnino mentionem de cætero prohibitionis & familiæ nominis faciant, & aliquod ſibi exinde ius adquirant: vtpote cùm & alij Hierij glorioſæ memoriæ filij res ſuas abalienauerint, & reliquorum quodammodo alienationibus conſenſerint [e], ac per has, neque non alias, quas prædiximus rationes, quæ ad huiuſmodi iudicationem & legiſlationem abunde nobis ſufficiunt, ſibi pariter & ſucceſſoribus ſuis actiones, quę ipſis potuiſſent competere, ſuſtulerint. Atque hæc non tantùm præſentis cauſæ deciſio eſto, ſed & reliquarum in quibus huiuſmodi prohibitione facta, tot ſucceſſiones prętererint, & vltimus hæredum per [f] interuenientem aliquem in medio impuberẽ hæreditatem capeſſat. Tunc enim his etiam, qui ſunt extra familiam eius, qui primus prohibuit, per præſentem noſtram legem tranſmittendarum rerum licentiam habebit. Siquidem in commune hanc legem, tam de præſenti caſu, quàm de omnibus poſthac futuris ad eum modum prohibitionibus protulimus, ſimul contentionem componentes, quæ hoc tempore euenerat, ſimul (vt probabile eſt) futuras præcidentes.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea proponere gloria tua in alma hac vrbe, & effectui ac fini tradere ſtudeto, atque obſeruari præcipito.

EXEMPLVM [g] SACRÆ PRAGMATICAE FORMAE DE vſuris.

Tit. XLII.

*NOVELL. CONSTIT. CLX.*

[a] Cuiacius putat hanc Nouellam ex earũ eſſe numero, quas Harmenopulus Tribonianum compoſuiſſe narrat obſcurè, & ambiguè, pecuniaq; corruptum, vt & Nouellam 2. Nouellã 106. & alias plereque.

[b] Cauſa decidendi ex eo ſumitur.

[c] & ita excluduntur gentiles in hac hypotheſi.

[d] *adde l. 62. ff. de adquir. rer.*

[e] Alienatione prohibita extra familiam, omnibus vendentibus, vel pacto conſentientibus, fideicommiſſum remittitur *l. 77. §. 27. ff. de legat. 2: §. l. 11. C. de fideicommiſſ.*

[f] vt mater, per abnepotem in pupillari ætate decedentẽ. An ad alios caſus id extendi poteſt? nõ temere v. *Cuiac. hic in f.*

[g] de pecuniis & vſuris ciuitatum, *Index regina.*

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Papio.

PRÆFATIO.

ARISTOCRATES prudentiſſ. Aphrodiſienſis reipubl. pater, quique immobilia in ea poſſident, ſupplices nobis facti ſunt aientes prædictam ciuitatem &c. Ac principio quidem illud cognoſcimus, quòd plerique leges noſtras ita accipiant atque intelligant, vt vnde minime conueniat, inde [a] iniuſtarum ipſis actionũ anſas præbeant. Si quidem à patre reipub. edocti ſuimus, quòd cùm bene magna auri ſumma Aphrodiſienſium reipub. ex legatis à nonnullis ciuitati relicta eſſet, ne quando ea deperiret: quidam illorum qui in republ. cum poteſtate erant, eam auri ſummam collocauerint, vt quamdiu id auri apud ipſum reſideret, tamdiu qui ſuſcepiſſet, quoquo anno pro eo ciuitati dependeret, (ſiue quis id pactum, ſiue reditum, ſiue etiam vſuram [b] appellare velit) quantum ferre ciuitatem æquum eſſet. Eos verò, qui aurum ſuſceperunt, poſtquam conſtitutionem protulimus, ne creditoribus permittatur, vt debitum vltra [c] duplum exigere, ſed hoc ipſo duplo contenti ſint, ſanè legatum ciuitati deperire, & tam calefactiones balnearum publicarum, quæ exinde fieri ſolebant, iniuria affici, quàm opera publica per legem noſtram labefactari, & illorum interpretationem vitium adferre reipublicæ.

CAP. I.

VT igitur omnia hæc è noſtra expellamus republ. ſancimus, vt qui id auri perceperunt in hoc, vt penſionem [d] aliquam pro eo perſoluant reipub. ſingulis annis, quo ad illud penes ſe aurum habuerint, inferre compellantur id quod pro eo ſe illaturos conſtituerint, haudquaquam ſacra noſtra ad hoc conſtitutione vſurpata. Illam etenim de creditoribus conſcripſimus, & qui in ea compræhenduntur, caſibus. Præſens verò ſpecies illam non attingit: ſiquidem hoc magis annuo [e] reditui, quàm vſurarum præſtationi ſimile videtur. nos autem ex æquo ciuitatum curam gerere oportet, vt rerum fiſcalium. Quòd ſi quis poſt hanc præſentem noſtram formam aliter ea quæ à nobis lege promulgata ſunt acceperit, & defraudare ciuitatem dato auro voluerit: & pro vniuerſo tempore, quantum debet, ciuitati perſoluet, & prætereà reddet duplum: vt malitioſæ interpretationis iuſtam retributionem percipiat: propterea quòd cũ in manu illi eſſet, vt bonum ſe perhiberet ciuem, ita improbus eſt, vt quæ illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere iniuria.

DE [f] PROVINCIARVM præſidibus [g].

Tit. XLIII.

*NOVEL. CONSTIT. CLXI.*

PRÆFATIO.

NON tantùm decenter leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accuratè cuſtodire [h], & ad effectum deducere, transgreſſoresque competentibus pœnis ſubijcere. Quæ enim legum erit vtilitas, ſi in literis [i] dumtaxat conſiſtant, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis vtilitatem de ſe præbeant? Ac ſcimus quidem, quàm vehementer maieſtas Imperatoria collatorum curam geſſerit, cùm aliquoties definierit, vt prouinciarum præſides officia gratis [k] ſuſcipiant: quo magis & ipſi, cùm purè his vtuntur, æquũ & bonum ſubditis impertiantur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abundet reſpublica. Sed [l] hæc quidem per immodicam auaritiam eorum, qui officia redimunt potius, quàm ſuſcipiunt, deuicta paulatim in obliuionem deuenerunt.

CAP. I.

NOs autem de his propoſitas leges renouantes, ſancimus, vt illi magiſtratum gerant, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda iuſtitia plurimum

[a] Inde calũnia non ſumenda, vnde ſinceritas promanat.

[b] idque rectius. nihil eſt .n. aliud reditus pecuniæ quàm vſura *l. 24. ff. de præſcriptis: l. 30. ff. de adimendis.*

[c] Vſuræ ſupra duplum non debentur *Nouel. 121. Nou. 138.* [illegible]

[d] De reditu in pecunia cõſtituto vide Molinæum *de vſuris. numero 69.*

[e] nota de annuo reditu.

[f] De præſidibus *Index regina: adde Nouell. 95: Nou. 128.*

[g] hęc Nouella eſt Tyberij.

[h] Parum eſt, leges ſanciri, niſi cuſtodiãtur *Nou. 26. c. 1: Nouell. 133. in c. 4. l. 2. §. 13. ff. de orig.*

[i] Legum vtilitas, non in earũ ſcriptura conſiſtit, ſed obſeruatione.

[k] *Nouell. 8.*

[l] Aliud eſt ſuſcipere magiſtratum, aliud eum redimere.

[m] Nota, quos promoueri oporteat ad magiſtratũ.

plurimum repoſuerunt ſolicitudinis. Sed & citra vllum munus & largitionem magiſtratus ſuſcipiant. Item vt tã collatores incolumes indemneſque conſeruent, quàm publica [a] tributa diligenter expediant. Præterea vt neque per ſe, neque per adſeſſores ſuos, aut cancellarios [b], domeſticóſve aut quempiam eorum, qui [c] ad ipſos pertineant, quidquam à ſubditis accipiãt, niſi in quadruplum velint (vt leges loquuntur) quod ab ipſis acceptum eſt, dependere: ſed contenti his ſint, quæ lege ipſis deputata ſunt è publico. Simulátque magiſtratu abierint, vt per ſolennes quinquaginta [d] dies in prouincia aſſideant, ſub publico verſantes conſpectu, & omnibus actionem intẽtare volentibus reſpondeant. Lite verò intra quinquaginta dies non finita ſi quidem pecuniaria ſit, procuratorem dato: ſin verò criminalis, ad terminum vſque cauſæ permaneto: his, qui in cauſa diiudicant (ſiue magiſtratus ſint, ſiue à præfectis dati) niſi intra viginti dies, quàm initium cœperit, eam litem finierint, decem libris auri mulctandis: lite nihilominus ſecundum prædicta procedente. Si qui enim mala conſcientia ſtimulati, vel clam aufugerint [e], vel ad ſacras [f] ædes decurrerint: ſubſtantia excident, ſecundum legem pro modo admiſſorum inter iniuria affectos diuidenda. Et quemadmodum procedens de hoc conſtitutio & ex vna parte, prout antea lege [g] cõprehenſum eſt, ſtiterit: quæ pro collatoribus [h] introducta ſunt, ea firma permanento. permanentibus videlicet & alijs firmis, quæ ad collatorum vtilitatem de præſidibus pulchrè à maieſtate ſancita ſunt Imperatoria. Quemadmodum autem eos, qui hęc perperam in ſe admittunt, punimus: ita & eos, qui per hanc cauſam contra interdictum aliquid ab ipſis accipiunt [i], reſtitutioni quadrupli ſubijcimus.

[a] Non. 8. c. 8.
[b] Cancellarij ſunt à ſecretis iudicum. dixi ad l. 8. C. de adſeſſorib.
[c] Fraus alioquin fieret legi, quoties per interpoſitam perſonam id facimus quod lex vetat fieri, vt l. 5. C. de legib: adde l. 5 ff. repetund.
[d] Non. 8. c. 9.
[e] Fuga ſuſpectum reddit, Nou. 53. c. 4: l. 15. C. de probationib.
[f] facit Nouel. 17. c. 7. Nouel. 128. c. 13.
[g] d. Nou. 128.
[h] d. Nou. 128.
[i] v. l. 1. l. 2. & toto tit. ff. repetund.

CAP. II.

ATque vt hæc ita caueremus lege, ex eo nobis in mẽtem venit, quod pluris [k] à nobis ſit ſubditorũ opulentia & medela, quàm reditus qui exinde inferũtur Imperio. Contrahimus enim vnà cum largitionibus præſidum in arctum ipſa etiam ſuffragia [l], quæ Imperialibus inferebantur rationibus: & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac cauſa & reſpublica meliore ſucceſſu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retrò temporibus à nonnullis excogitatis prçſtationibus liberata. Vna enim hæc res potentiæ noſtræ ſtudio [m] eſt, vt prouinciæ & bonis gubernentur legibus, & tutò inhabitentur, neque non ex præſidum iuſtitia fructũ capiant, & tributa publica ſine querela inferantur. neque enim aliter conſeruare licet rempub. niſi [n] pientiſſ. prçſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, vt reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac vrbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalarijs, reparantur quoque muri & vrbes, denique omnia alia proueniunt, quæ comunem ſubditorũ vtilitatem concernunt.

[k] Commoda ſubditorum, ſuis commodis optimus princeps anteponit. Notãdum illud de Marco Antonino Imperatore, fiſco in cauſis cõpendij nunquam fauiſſe Capitolinus in eius vita, quod optimè conuenit legi 10. ff. de iure fiſci.
[l] huiuſmodi ſuffragia δι' ἀποπνα dicũtur. v. quæ notaui ad Nouell. 8.
[m] vita & ſtudia optimorum principum.
[n] Pecunia neruus reipublicæ Nou. 149. c. 2.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem: ea gloria tua in alma hac vrbe conſuetis locis proponet, ſed & ſolitis vſa iuſſionibus mittet per prouincias: vt omnes intelligant, quantum nobis reſpub. ſimul & ſubditorum noſtrorum incolumitas curæ ſit.

SACRA [o] FORMA TRANSMISSA Dominico glorioſiſſimo præfecto, de diuerſis capitulis.

Tit. XLIIII.

*NOVELL. CONSTIT. CLXII.*

*Antonino Contio interprete.*

PERCONTATA nos eſt tua gloria de quibuſdam controuerſijs apud diſertiſſimos eius quod apud Illyricos eſt fori cauſarũ certatores, quæ quidem dixiſti noſtra diiudicatione egere, vt non perpetuò diſſentiant.

[o] de donationibus ſacra forma, & de adſcriptitijs. Index regnæ.

De donationibus.

CAP. I.

PRimum [p] igitur capitulum tale erat. Mulier quædam ſuper his quæ ei à coniuge donatæ fuerant rebus, nõ tamen traditæ, volebat mortuo viro & qui ſilentium egerat ſuper donatione, res perſequi, vt domina harum tam donatione quàm ſilentio viri facta. Opponebatur à detentoribus, exceptionem ipſam ſolam habere conuentam, ſi detineret, non tamen & ab alio poſſe ipſa vindicare. Quod igitur controuerſum fuit, tale erat. Nos verò recordati ſumus conſtitutionis [a] noſtræ, dicentis, donantem, & ſi non ſit ſtipulatus traditionem, neceſſitatem habere tradere donatum. Non enim ad defraudationem, neque vt literæ ſint nudæ, interpoſitum conuenit conficere inſtrumentum. Animum quoque aduertimus & ad Cintiæ [b] legis veteris legislationem (quam benefaciens à ſua legislatione remouit dudum reſpublica) talia lege includentem ſeu tractantem qualia in præſenti controuerſia fuerunt. 1 ¶ Et ſancimus, ſi quemadmodum prius à nobis dictum eſt, perfectè omnia ſe habeant ea quæ ad talem donationem pertinent: tam ſecundum menſuram, quàm ſecundum inſinuationem, valere ipſam ex modo omni, per viri ſilentium illico ab initio, (ſecundum noſtram conſtitutionem) ex quo facta fuit, ita vt quamuis poſtea vir in hypothecam dederit rem, vel in pignus tradiderit, non tamen præalienaſſe videri ipſum, quamdiu ſuperſtes erat, ſilentem, & traditionem ipſam (ſiue interuenit) dare ipſi exceptionem, ſiue non interuenit, prębere & exactionem, ſi [c] quidem ſtipulatio interuenit, per ex ſtipulato. ſin minus, per ex lege condictitiam ad conſequendum id quod donatum eſt. 2 ¶ Et illud etiam conſtituere iuſtum duximus, vt ſi quidem inſinuatæ fuerint ab initio donationes in geſtis, omnibus modis ipſas ſilentio confirmari. Si verò minimè inſinuatæ manſerint, exceſſerint autem menſuram indigentem inſinuatione, vſque [d] ad tantum duntaxat ipſas valere, vſque ad quantum & non inſinuatas donationes validas eſſe à nobis conſtitutum eſt. Hoc enim in extremo conſtituentes, obtinere idem volumus, & non propter adiectionem quantitatis, excidere & id quod rectè ſe habere poterat. Quod quidem & ſuper vniuerſitatis donationibus iam lex [e] noſtra dicit. His obtinentibus non ſolum in viro & vxore, ſed etiam in alijs perſonis, inter quas quæ in matrimonio fiunt donationes, prohibentur.

[p] Extat primum caput huius Nouellæ in libro 47 Baſilic. tit. 1. cap. 78.

[a] l. 35. Cod. de donationib. §. 2. Inſt. de don.
[b] ꝟ Σεντίυ, Scrimg. Aeliç Sentiæ: Hal. & malè. Lex enim Ælia Sentia de manumiſſionibus fuit, non donationib'.
[c] l. 35. Cod. de donationib.
[d] Vtile per inutile non vitiatur l. 21. inf. ff. de donationib. l. 34. C. de donationibus.
[e] d. l. 35.

CAP. II.

SEcundum etiam inſuper capitulum à tua excellentia interrogati ſumus. An poſt conſtitutionem [f] noſtram volentem ex libera & inſcriptitio natos quoſpiã poſtea liberos propter matris conditionem exiſtentes, oportere exiſtimare, tametſi nec adſcriptitij facti ſint ſecundum [ius] antiquum, tamen omnino [g] colonos factos eſſe: propterea ꝙ alia noſtra conſtitutio etiam colonorũ liberos nõ ꝑmittit relinquere [h] terrã, ſed manere colonos. & multò magis hoc eſſe oporteat, quando quidem eſt in his perſonis prorſus inſcriptitiorum proſapia. Hæc igitur in interrogatione erãt tua, & hoc erat dictum capitulum. Oportet autem noſtram conſiderantes mentem, noſſe quia nunquam nos liberum [i] ventrẽ parere inſcriptitiũ [k] conceſſimus, ſed ſymbolum ſanè hoc & ſignum ſuperponi oportet genito, poſt ſtatim poſitam legem, hoc ipſum ſcilicet, nempe libertatem conuenire ex libera natis matre. Si igitur ex [l] libera quis & inſcriptitio naſcatur, manet quidem liber, & maternam non abijcit vllo modo ingenuitatem. Indicat autem à nobis poſita conſtitutio [m] quæ vult tales habitatores regionum manere, & agrorũ cultores, tanquam ibi natos. Hoc enim coloni [n] vult appellatio. Non concedimus igitur ipſis licẽtiam relinquere quidem regionem, ad alia verò ſe recipere, ſed ſi quidẽ omnino nati fuerint quidam in aliquo prædio ſi quidem ex adſcriptitia matre manifeſtum eſt eos omnino inſcriptitios fore: ſi [o] verò ex libera, manent quidem liberi: & [p] quæ ab his adquiſita ſunt, ſub illis erũt, neque peculium fient dominorum, non [q] egredientur verò ex eo prædio, ſed illud colent. neque erit eis licentia hoc quidem relinquere, alia verò circumire aliena, niſi ſi domini fiant poſſeſſionis cuiuſdam propriç, ſufficientis eos ibi occupatos alere circa ſeipſam, & non concedentis & alia colere, & in ea migrare: quandoquidem omnibus modis ipſos manere ſancimus in prædio, liberos quidem conſtitutos, habitatione [r] tamen detentos. & hoc quidem hactenus conſtitutum eſto.

[f] l. vlt. Co. de agricolis.
[g] Nouel. 54. c. vlt. v. Cuiac. obſ. 28.
[h] adſcriptitijs nõ licet à glebа diſcedere.
[i] Ex ventre libero adſcriptitius non naſcitur.
[k] adſcriptitium.
[l] Ex libera & adſcriptitio naſcitur liber l. vl. C. de agricolis & cẽſit: Nou. 22. Nou. 54. olim placebat adſcriptitium naſci.
[m] d. l. vlt. Cod. de agricolis.
[n] Colonus quid.
[o] Ex adſcriptitio vẽtre, adſcriptitij, ex libera liberi naſcuntur.
[p] Effectus ingenuitatis.
[q] Effectus adſcriptitij iuris.
[r] Nota de eo qui, ſi ſtatum cõſideres, liber eſt: ſi habitationem, ſeruus.

CAP. III.

SEd neque extra modum viſum eſt nobis & illud quęſitum noſtra diiudicatione dignari. Si enim inſcriptitia mulier ad [s] inſcriptitium alicuius prædij

[s] dixi Nouel. 156. 157.

ad alium pertinen[illegible]m venerit coniugium, quæſitum eſt de prole, ſi liberi ex his naſcantur, vtrum deceat ad dominum viri an dominum mulieris pertinere prolem. *Sancimus* igitur ſi quid tale fiat, & conueniãt ad inuicem diuerſorum dominorum adſcriptitij, quandoquidem ea quæ ad fortunam eorum pertinent non ſint in controuerſia poſita, ventre non libero exiſtente, ſint quidem progeniti, adſcriptitij: non tamen omne dabimus matri neque eius domino. ſed ſiquidem vnus genitus fuerit filius, vẽter ſemini preſertor, ſitq; dominij matris id quod erit progenitum. Sin duo fortè contigerint filij, diuidantur ambo, electione per [a] ſortem dirimenda. Sin impar [b] ſit liberorum numerus: maiorem obtineat matris ſinus. ita vt ſi tribus exiſtentibus, duo quidem ſint matris, vnus verò patris. & rurſum ſi quinque, tres quidem ex genitis ſint domini matris, duo vero patris: & ſecundum hoc incrementum, numerus progrediatur, id quidem quod in æqualitatem diuidi poteſt, diuidens ex æquo, quod verò exſuperat, tanquam gratioſius, illud diſtribuẽs matri. Oportet enim ipſam dignari maiore ſtudio, vt quæ & parturierit [c] & pepererit, & nutrierit, ſuprà eum qui voluptatis ſuperfluum, pueri fecerit originem.

[a] *l. Vlt. Cod. qui potior.*
[b] *l. Vlt. Cod. comm. de legatis.* hoc enim fit multis alijs cauſis *l. 2. C. quando & quibus quarta pars: l. 14. ff. de iudicijs: l. 24. §. 17. ff. de fideicommiſſ.*
[c] Ex duobus adſcriptitijs natus, impar matris: par patris conditionem & dominium ſequitur.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur hac ſacra pragmatica forma comprehenſa ſunt, tua gloria in ſimilibus caſibus cuſtodire feſtinet. Etenim & communem de hoc ſcribimus legem, ipſa quidem & alia quædam reformantes, quæ quidem neceſſariȩ legislationis eſſe credimus. Dat. 5. Idus Sept. Conſtantinop. DN. N. Iuſtin. PP. Aug. Arione [d] V. C. Conſ.

[d] .i. anno 539.

## DE [e] RELEVATIONE [f] TRIBVtorum publicorum.

Tit. XLV.

*NOVELL. CONSTIT. CLXIII.*

PRÆFATIO.

PRAESTANTISSIMA inter homines bona ſunt iuſtitia [g] & benignitas, quarum altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena, altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate egentes liberat. Hæc ornare firmaréque Imperium, hæc conſeruare rempublicam, hȩc pulchrè humanam nouerunt gubernare vitam. Vnde & nobis ex quo diuinitus Imperij ſceptra ſuſcepimus, magno affectatum eſt ſtudio, vt vndique tam bonis actionibus conſpicui ſimus: quò magis ſi vtiles nos præbeamus ſubditis, ex virtute & gloria remunerationem habeamus. Ac ſcimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam poſſeſſiones redegiſſe, vt neque reditus poſſint ſuis producere poſſeſſoribus, neque ſatis ideoneè publica inferre tributa. Atque hæc militari & alio neceſſario ſumptu imminente, vehementérque nos impellente, dum multis vndequaque bellis alluimur, vt crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeò non ſemel curas in eam rem impẽdimus, quanam ratione fieri poſſit, vt & neceſſitati faceremus ſatis, & ſubditorum egeſtati afferremus remedium, cúmque in multas noſtra circa hæc diſtraheretur ſententia: magis tamen obtinuit, vt ad benignitatem reſpiceremus, & Deo placentem collatoribus impertiremur medelam: & quod communibus deeſſet ſumptibus, hoc in eius vicem introduceretur ex theſauris principalibus.

[e] hȩc Nouella eſt Tiberij.
[f] de releuatione futurorum, *Index reginæ.*
[g] laus Iuſtitiȩ

CAP. I.

ACceptam igitur & hanc noſtram curam ferẽtes domino Chriſto, & ſalutaris paſſionis, neque non ſanctæ reſurrectionis eius præſentibus [h] magni feſti [i] diebus condigna facientes, meritò & ipſi in præſentia hanc pro republica largitionem offerimus. per quam cõcedimus in vniuerſum omnibus, agricolis pariter & collatoribus, (idem autem dicere licet & de prædiorum dominis) integrum vnum canonem publicorum tributorum, in quadriennium partiendum: hoc eſt quartam [k] quidem eius portionem pro noua indictione proximè initura, tandem verò alteram & pro decima, quæ hanc ſecutura eſt, conſimiliter & pro vndecima & *duodecima*, vnicuique quartam portionem, vna eademque opera diminuentes & conſuetudines, quæ quocunque modo aliquibus hoc nomine præbentur.

[h] Magiſtrat⁹ attẽtiores ad munus ſuum eſſe solẽt inſtãte feſto aliquo inſigni.
[i] i. Paſchatis.
[k] hȩc tributorum releuatio, Conſtantinianȩ pœnȩ ſimilis eſt, qua releuantur poſſeſſiones quarta parte tributorũ in quadriennium, *Euſeb. 4. de Vita Conſtanti.*

CAP. II.

REmittimus autem his & præteriti [a] temporis reliquationes, vſque ad finẽ proximè prȩteritæ quintȩ indictionis. Ac ſancimus ne qua fiat exactio pientiſſ. à nobis condonatarum prȩſtationum, ſiue maximam præfecturam reſpiciant ſacrorum orientalium prȩtoriorum, ſiue præfecturam Illyricianam, ſiue præſidatũ inſularum, atque præfecturam militarium in Scythia & Myſia ordinum, aut ſacras noſtras largitiones, aut denique alium magiſtratum: interdicentes decurionibus, & exceptoribus ſcriniarijs, & cohortalibus, palatinis & exactoribus, neque non ſuſceptoribus, & quicunque vel exactionem vel ſuſceptionem publicorum expediuit, aut expedit tributorum, ne per vafritiem excogitatis contra agricolas & collatores vtantur artibus: aut etiam prȩdiorum dominos, vt diuerſos ex reliquis indultis pro ſe inſtituãt, aut cõſtitutæ pecuniȩ obligationes, aut fideiuſſiones, aut confeſſiones dolo malo ſuſcipiant. Conſtituimus etenim omnem contra munificentiam noſtram factam aut futuram circunſcriptionem irritam: cum illud conſtet, quod ſi qui noſtram anteuertentes largitionem, ex reliquationibus iam inde à quinta indictione factis aliquid exegerint, neque id perſoluiſſe videbuntur: omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam vt collatores beneficio afficeremus, præſentem ipſis benignitatem impartiti ſumus, non autem his [b] qui publica tributa ſuſcipiunt, & in ſuum lucrum conferre ea, voluerint, prȩſentis ad tempus canonis indulgentiam inſtituimus: nullo modo embola [c] (hoc eſt annua ſpecierum tranſmiſſione, vt in condito & ad militares ſumptus habeantur) diminuenda. Oportet enim vniuerſum frumenti aliarúmque ſpecierum modum conſueto ac ſolito more & contribui, & importari: pretijs quartæ partis per ſingulos annos à nobis vſque in quadriennium collatoribus indultȩ ad menſam publicam cum alijs, quæ in auro ab ipſis contribuuntur, æſtimandis ſoluendíſque è publico. Idemque hoc in Oſdroena & Meſopotamia peragetur eorum gratia, quæ pro reconditis & militari ſumptu in ſpeciebus conferuntur. Conſimiliter & in ſpeciebus, quæ ploimæ, quaſi nauibus tranſportandæ, dicuntur, quæ proueniunt in Lazica, & Boſphoro, & Cherſonneſo. percipient enim harũ pretia ex publico, prout in mẽſis præfectorum ordinatum fuerit, vnde hæ importantur, vt & ipſi noſtra in hoc perfruantur benignitate. Earum enim ſpecierum illationem negligere, haudquaquam tutum eſt: cũ & ineuitabilis exiſtat impenſa, & publicas (vt ita dicamus) res in vnum cõciliet. Credimus autem & ex hac noſtra largitione magna reipublicæ incrementa futura, Deo omnia nobis fauſta per huiuſmodi actiones prȩbente: ea, quæ pro ſubditorum à nobis vtilitate diſpoſita ſunt, tranſcendere præſumentibus, tam de ſubſtantia, quàm de ipſa periclitandis ſalute.

[a] In eo differt indulgentia à releuatione. Releuatiõ futuri indulgentia prȩteriti.
[b] Hæc indulgentia non pertinet ad publicos tributorum exactores.
[c] Embola, vt mox ait, eſt publica & annua ſpecierũ tranſmiſſio *l. 10. Cod. de ſacroſan. eccleſ.*

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerũt, & per præſentẽ ſacram declarantur legem: ea programmatis vſa gloria tua, tam in alma vrbe, quàm etiam per prouincias omnibus manifeſta faciet, vt neminem noſtra lateat munificentia.

## DE HÆREDIBVS [d].

Tit. XLVI.

*NOVEL. CONSTIT. CLXIIII.*

[d] Hæc etiam Nouella eſt Tyberij.

PRÆFATIO.

DEo ſimul & iuſtitia [e] nihil maius exiſtit. abſq; his enim nihil vnquam cõmodè geri poteſt, & præcipuè in noſtra hac repub. Exinde enim & rectè regnare, & ſubditos ad beneuolentiã neque non ad ſummam licet attrahere deuotionem. Ea propter cùm & nos diuinitus, pérque iuſtitiam Imperij ſceptra ſuſceperimus: tametſi multis vndique curis implicamur, quo magis & Romani quotidie virtutibus reddantur auctiores, & Barbari deuicti ſuccumbant: non tamẽ penitus à ſolicitudine noſtra ſecludimus, ne nõ in his, quæ priuatim vſui eſſe poſſint ſubditis, cõpetens accommodetur prouidentia. Ac cùm multa, quæ prius confuſa erant, ad meliorẽ ſtatũ erexerimus: conueniẽs eſſe putauimus & id, quod longo iam tempore in ſucceſſionibus neglectui fuit habitũ, ad actionem Deo placentẽ reducere. Cognouimus enim, quod qũidam oberrantes defunctorum

[e] *Vt Nou. 163.*

ctorum perturbant patrimonia, ſed [a] neque teſtamenta valere ſinunt, neq; item ab inteſtato ſucceſſiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes ſignacula, immobilibus verò imponentes titulos vt hac ratione ipſis illorum ſucceſſio adcreſcat, inque ea decentem aliquem ordinem occupent. Quoniam verò impoſſibile eſt in tanta multitudine exactè ea, quæ ſingulatim in talibus eueniunt perdiſcere: perpulchrum nobis viſum eſt, ſi generali hęc lege ad certam redigeremus formulam.

## CAP. I.

PRopterea ſancimus, vt vniuerſi citra inuidiã & rebus iuribúſque ſuis perfruantur, & ad ſuos iſta tranſmittant heredes. Penitus autem nemo omnium illorum inuadat patrimonia, aut horum ſucceſſores damnis implicet, aut titulos [b] ſiue ſignacula rebus præter legum noſtrarum placitum imponat. Nam & ſucceſſiones ab inteſtato quo quiſque vocatur ordine, confirmamus: & vltimas horum voluntates legitimè conſiſtentes non ſubuertimus. Si enim ſedulò aduigilamus, ſumúſque ſoliciti, vt collatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multò maximam potentia noſtra curam ſuſtinet: quomodo non in hanc quoque partem prouidentiam ipſis accommodauerimus, & alacriter noſtrum ipſis impertiamur beneficium? hæc etenim placere Deo perſuaſiſſimum habemus, & hoc iuſtitię munus eſſe aſſerimus: perſuaſiſſ. quoque eſt, Imperium per hæc nobis vndique munitum & quietum futurum. Connumerator itaque & hæc noſtra lex cæteris præclaris noſtris facinoribus: & ſubditi priſtinis liberati moleſtijs, & tanta à potentia noſtra dignati prouidentia, Deo ſimul & poſt illum nobis gratias agant: diuinum numen placãtes precibus, vt deuictis hoſtibus, aliam inſuper & maiorem ipſis ſecuritatem impertiamur.

## EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea conſeruanto tam glorioſiſſ. ſacrarum domuum curatores, quàm quibus vel maximorum, vel etiam minorum gerendorum magiſtratuum cura ſiue in alma hac vrbe, ſiue item in prouincijs commiſſa eſt, publicationem bonorum iuxta & ſupplicium formidantes capitis, ſi ſancita noſtra tranſgreſſi fuerint. Præſentem itaque ſacram noſtram legem gloria tua in inſignioribus [e] locis huius almæ vrbis proponet, ſed & vſa ad hoc iuſſionibus, tranſmittet in prouincias.

[a] Nou 134. c. 3. [b] Nou. 17. c. 15 & l. 2. C. Vt nemini liceat: V. quæ ibidem notaui. [e] Edicta ſolẽt publicari in inſignioribꝰ locis ciuitatum facit Nouel. 120 c. 6. §. 2. l. penul. C. de defenſorib. ciuit: l. 2. C. de annali. l. 7. C. de bon. proſcript. [c] videtur eſſe ἐπαρχικὸν. nã & de eadẽ re extãt quędã apud Harmenopulum lib. 2. de eparchicis dicam Nouel. 166. ĩ. [e] hęc Nouella pertinet ad Nouellã 63. [f] Sicut Baſili ca ſunt libri cõplectentes leges ꝓmulgatas ab imperatoribus: ſic Eparchica ſunt libri cõtinentes formas ſiue edicta Prefectorũ prætorio, quæ conſtat vim legis habere l. 2. C. de off. præf. præt. l. 16. C. de iudic: l. penul. C. de fideiuſſori.

## GENERALIS FORMA [d] DE PROSPEctu [e] in mare ſcripta Dominico glorioſiſſ prætoriorum præfecto.

### Tit. XLVII.

### NOVEL. CONST. CLXV.

DOCVIT nos mater, &c. Proſpectus in mare, qui intra centum eſſe pedes ſolet, non ſolùm per directũ, ſed ne per tranſuerſum quidem, impediri nouo debet opere. hoc enim præſens forma adijcit, tum Zenonis conſtitutionem cuſtodiens, tum nouellam interpretans.

*Hactenus editæ Nouellæ extant, aut apud Veterem interpretem, aut Halo. aut Scrimg. aut Iulianum. Trium ſequentium titulos ex Haloandro, aut Auguſtino, ac quid ſibi ſingulæ breuiter velint, quando à nullo adhuc conuerſæ certum eſt, ex doctiſſimo Cuiacio hic excudi curauimus.*

### Forma præfectorum [f] prima.

De actionibus [g], i. De prædiorum ſterilium ad fertiles impoſitionibus.

### Tit. XLVIII.

### NOVEL. CONSTIT. CLXVI.

[g] περὶ ἐπιβολῶν. ἐπιβολαὶ hîc non ſunt adiectiones quæ fiunt in auctionibus licitandis, vt in l. 21. inf. ff. ad municipalem. ἐπιβολὴ hîc teſte Harmenopulo eſt ἐπίδοσις ἀπόρου κτήσεως πρὸς κληρονόμους, ἢ συντελεστὰς ἢ ὁμοχώρους καὶ ὁμοσκήνους, legendum ὁμοκήνσους. V. Cuiac. 4. obſ. 30.

*Hæc eſt ferè ſententia huius conſtitutionis.*

SI defunctus iuſta ex cauſa fundum aut territorium aut compoſſeſſionem [a] alienauerit, & moriens reſidua bona liberis vel extraneis hęredibus reliquerit, qui ex eis ſimiliter prædia quædam alienauerint, ex quibus poſſidente emptore aliquod fortè poſteà defecerit, ita vt locus ſit ἐπιβολῇ, quã prædia ſuſtinent, quæ ſunt ex eadem ſubſtantia & origine, l. 10. & 12. C. de om. agro deſer. vt ne defecti vel deſerti prædij onus irrogetur ſimul eiuſdem ſubſtantiæ prædijs omnibus, ſed cæteris primùm prædijs quę poſſidet is qui ea emit à liberis vel extraneis hęredibus defuncti: vel, ſi hic idoneus non ſit, hæredibus defuncti, id eſt, prædijs quę poſſident hęredes defuncti ex eadem ſubſtantia: aut, ſi fortè hæc etiam non ſufficiant publicæ collationi, tum vt onus transferatur ad alia defuncti bona, quæ ad alios quàm ad hæredes peruenerunt. Ad eum igitur qui fundũ aut compoſſeſſionem à defuncto emit, vt poſuimus initio. Idémque dicendum eſt, ſi ea prædia per plures ſucceſſiones tranſierint. Quãdiu enim proximiores ſiue poſteriores poſſeſſores idonei ſunt, ἐπιβολὴ antiquioribus non irrogatur, id eſt defecta prædia eorúmq; tributa antiquiores poſſeſſores non agnoſcunt: quòd ſi eiuſdẽ gradus & ordinis plures ſint poſſeſſores quibus iniungi ἐπιβολὴν oporteat, vt inter eos oneris diuiſio non fiat ex æquo, ſed pro rata fertilium bonorum quæ poſſident ex eadem ſubſtantia.

[a] σύγκτησις, σύγκτησις, eſt vniuerſa poſſeſſio multorũ prædiorum l. 34. §. 1. ff. de legat. 2. l. 30. §. 1. ff. de adimen. lega. Græci μετοχὴν appellãt d. l. 34. inf. id eſt, vniuerſam prædiorum vna clauſula conceptionem. Maſſa dicitur à Leone & Anthemio Nouel. de bon. vacantib.

### Forma P.P. viceſima quarta.

Generalis forma [b] de poſſeſſione, quomodo opoteat mitti in eam, Biſſi glorioſiſſimi præfecti.

### Tit. XLIX.

### NOVEL. CONSTIT. CLXVII.

*Hæc eſt huius conſtitutionis ſententia.*

EX ſententia iudicis non rectè apprehenditur niſi poſſeſſio vacua, & quam in vrbe quidem vacuam eſſe exequutorum teſtimonia adſeuerent, in prouincijs acta defenſorum plebis vicinorum teſtimonio confirmata. Et ſimiliter ex contractu in prouincijs quoties quis ingredi poſſeſſionem deſiderat, acta apud defenſores ciuitatum fieri debent traditæ poſſeſſionis, ſimul ac conſentientium voluntati tradentis, nouóq; domino colonorum vel actorum poſſeſſionis. Si non ſit copia defenſoris, apud præſidem: vel etiam, ſi hic longè abſit ab eo loco quo traditio fit, apud epiſcopum.

[b] V. Cuiac. 8. obſ. 10.

### Forma P.P. ſecunda.

De hominibus, qui eidem domino ſubiecta [c] prædia poſſident.

### Tit. L.

### NOVEL. CONSTIT. CLXVIII.

HÆC eſt περὶ ὁμοδούλων, id eſt, de prædijs hominibúſve prædiorum ratione eidem domino ſeruientibus. His ſolent accreſcere inuitis defecta deſertáve prædia eiuſdem ſubſtantiæ vt diximus Nouell. 128. & 166. denique ἐπιβολὴ, onus eſt ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, & irrogatur ruſticis pręedijs tantùm. Nam & hæc ſola referuntur in cenſum, non annonæ ciuiles, non ædes. Et ideo in tit. Dig. de cenſibus, agrorum tantùm cenſendorum mentio fit: ac quod eſt de ſeruis, l. 4. §. in ſeruis, id eſt de ruſticis tantùm accipio, qui pars agrorum ſunt, vt dixi ſ. Nou. 7. Sed & quod dicitur de tributo capitis l. 3. id in agris tãtùm locum habet, non in vrbibus aut metrocomijs. l. 1. C. de cap. ciu. l. 8. C. de exact. trib. Prædijs igitur vrbanis aut annonis ciuilibus non irrogatur agrorũ ἐπιβολὴ, quia nec ſunt ὁμόκηνσα, nec ſatis eſt ſi ſint eiuſdem originis.

[c] γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, v. Cuiac. d. loco ad Nou. 128. 166.

FINIS NOVELLARVM DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS.